




RVBRICAE DECRETALIS DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA Expositio.

IO. PAVLI PERVSCHI CANONICI et Decani Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ, V.I.D. et sacræ Theologiæ professoris.



ROMAE

Apud Sanctium, et Soc. M.D.LXXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

SIXTO QVINTO
PONTIFICI MAXIMO.



Ecreueram, Beatiſsime PATER, *ab adoleſcentia mea rebus literarijs ſemper operam dare: atque ita ad Canonicam & Ciuilem prudentiam tota mente, ac ſtudio conuerſus, in ea capeſſenda tantũ laboris, & vigiliarum impendi, vt penè omnem ætatem cõſumpſerim, & adhuc (quantũ mihi per occupationes Chori, & aliorum diuinorum officiorum in ſacroſancta Lateranenſi Baſilica, atque etiã per continuas negotiorum meorum interpellationes conceditur) cõſumere non deſiſtam. Quam quidem animo dum paulò excitatiore excolerem, animaduerti Rubricas, & terminos illius, præcipue qui ad ſymboli articulos, & nouæ legis dogmata pertinent, aut minus aptè fuiſſe declaratos, aut ferè ab omnibus iuris interpretibus prætermiſſos. Quamobrẽ propoſita mihi ſtudioſorum omnium maxima vtilitate, quæ ex dictis Rubricis & earumdem terminorum expoſitione elici poteſt, operæpretium facturum duxi, ſi fragmenta hæc ſtudiorum meorum, ne perirent colligerem, & ea, tuæ imprimis Sanctitati dicata, in vulgus darem. Præſtabit verò hic (ni fallor) à me ſuſceptus labor, quaſi per amœna virentia, & per lucidiſsimos perennis aquæ riuos, ad Canonicam prudentiam aditum*

omnibus patentem, ijs maxime, qui sanctæ & Catholicæ fidei præcepta (instar fontem sitientium) inquirunt, & saluti animarũ, quæ præ omnibus rebus ferenda est, enixè inuigilant. Efficiet præterea, ut plurimi pulchritudine ac forma thesauri scientiæ capti accensiq́; auidius arcana illius penetrare studeãt: quæ quidem paruo, aut nullo plane negocio præstare poterunt, si meam hanc Rubricariæ expositionis primã ex quinque partem degustauerint. Interea si (vt in optatis meis est) hanc aliquid vtilitatis attulisse sensero, Tuae pariter Beatitudinis auspicio, ac fauore reliquas etiam quatuor partes in lucem quantocyus edere, omni qua potero diligentia, studio, & labore conabor. Coeptis釋 paternè faueas, supplex oro, vt tanto ac tali Duce fautoreq́;, & studiosi omnes ad illã perlegendam libentius inuitentur, & ego, qui vnà cum fratribus meis germanis pluribus iam abhinc annis Sanctitati Tuæ me totum dedi ac uoui, alacriori quoque animo incœptis persistere, tua benignitate suffultus, valeam.

Sanctitati Tuæ

Deditissimus & humillimus seruus
Io. Paulus Peruscus.

INDEX
QVO SINGVLA, QVAE IN HOC OPERE continentur, copiosè ostenduntur.

A

B

Deus

supponit

Fides

Q

Quic-

Ter-

FINIS.

RVBRICAE DECRETALIS

DE SVMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA Expoſitio.

IOANNIS PAVLI PERVSCHI Canonici, & Decani Sacroſanctæ Lateranen. Eccleſiæ, I.V.D. & Sacræ Theologiæ Profeſſoris.



PRINCIPIVM compilationis totius decretalis rubrica eſt de ſumma Trinitate, & Fide catholica. Quæ duas habet partes principales, vnam videlicet de ſumma Trinitate, & alteram de Fide catholica. Iſta rubrica cũ nullas alias rubricas vel titulos præcedentes habeat, his, quæ ſequũtur, continens adiunctaq; eſt, ſicuti continens etiam eſt titulus ille de iuſtitia & iure, & in Pandectis & in inſtitutionibus, in quibus dum iura Populi Rom. pertractantur, titulum illum de iuſtitia & iure, qui cæteris ſubſequentibus continens eſt, præponunt. Id quod etiam ab Imperatore prudenter factũ videnſus in titulo, qui admitti C. vbi etſi non ſit in principio totius compilationis, nihilominus per occaſionem ſubſequẽtium titulorum, in quibus diuerſas bonorum poſſeſſiones proſequitur, generalem illum titulũ bonorum poſſeſſionis ſub illa rubrica, qui admitti C. comprehenſum præmittit. Pari etiam modo idem Imperator in titulo de ſumma Trinitate Codice facit, qui Iuſtitiam tractaturus præcipuam eius partem, neceſſariam vtilemq; ac nobiliorem anteponit, quæ eſt fides ipſa Catholica

Diuiſio rub.

Continuatio rubricæ.

Generalia præmittenda ſunt.

Religionis principiũ fides catholica.

A religio-

religionis principiũ, vt glos. rubricæ de summa Trinitate dixit. Simili ratione Papa in hac præsenti rubr. de iuribus & iustitia acturus, in his, quæ deinceps subsequuntur titulũ istum de summa Trinitate, cæteris subsequentibus coniunctum, præfert, initium faciendo à re non solum necessaria, & vtili, sed etiam digniori, deinde de alijs rubricis tractat, & præcipit. Dignitatis enim in rubricis constituendis & collocandis haberi etiam ratio solet, vt not. Doct. in rubr. de officio delegati extra colligitur & notatur etiã in rubr. de iustitia & iure.ff. & dicit Probus. in cap. cum diuersis de præscrip. in 6. & notat Grammaticus in suo responso 116. num.6.vol.2. vbi digniorem præferendũ existimat.

Continuatio ad subsequẽtia. *Dignitatis ratio in collocandis rubricis habetur.*

Item dici potest quemadmodum Abbas in rub. de constit. ex. Decius & alij in hac rub.dixerunt istam rubricam ea gratia fuisse prępositam, vt operis huiusce bene iactum sit fundamentũ. Nam vbi Christus non est fundamẽtum per fidem scilicet, ibi nihil boni extrui,atque ędificari potest c.cum Paulus 1.q.1.& c.veniens. §.1.de presb. non bap. & inutile esse dicitur quodcunque ex fide non est,c.quoniã omne.ex.de præscrip.c.1.28.q.1. Duplex enim est fundamentum. Quædam videlicet diligens præparatio ad doctrinam, & tractationem eius rei, de qua agere instituimus,vt inuocatio diuini nominis: de quo fundamento Iustinianus in principio compilationis institutionum, vbi inuocationẽ ponit,quod est præparatio doctrinę rei propositę maxime seruiens. huc accedit quòd fundamentum pro ipso ædificij principio ponitur, vt etiam apud logicos principia pro fundamentis sumi solent. hac potissimum de causa, quod si res omnes male institutæ, inchoatæq; fuerint, difficulter atque ægrè finem bonum consequuntur. benè enim positis principijs beneq; iactis fundamentis opus ipsum plurimum firmitatis habet,diuq; perdurat. Itaq. Demosthenes Olynthiaca 2.optime dicit eius verba exponendo videlicet; quemadmodum domus puta & nauigij, ac reliquorum id genus fundamenta firmissima & fortissima esse oportet, sic etiam rerum principia, & fundamenta vera esse & iusta conuenit; cuiusque enim rei principium potissima pars est l.1.ff. de origine iuris in princ. Vnde Hesiodus principiũ dimidium totius. Itaque Theologi dicunt fidem esse primam portam & fundamentum nostræ saluti-

Alia continuatio. *Fundamentum duplex.* *Secũdũ fundamentum.* *Demosthenis dictum.* *Principiũ potissima pars cuiusq; rei.* *Principiũ dimidium totius.* *Fides prima porta salutis nostra.*

ſalutis, ſine qua nullus quouis modo ſaluari poteſt, vt infra cum de fide verba erunt, demonſtrabitur, & præſens quoque titulus plane oſtendit, ſiquidem pro firmiori, ac magis ſtabili principio accipitur, & pro eo ſine quo cætera ruerent.

Hæc rubrica per Imperatorem quoque poſita fuit in C. pro firmiori fundamento ſuæ compilationis, vbi ipſe, qui iam fidem ſequebatur poſt factam inuocationem (quia aliter fruſtra Deum inuocaſſet, ſi fidem indubitatam nō habuiſſet) rubricam de ſumma Trinitate ponit, atque conſtituit, a qua opus atque ædificium ſuum moliri incipit & compilationem.

Gloſa præſentis rubricæ diuerſo modo continuat, cum dicit, omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, & ad gehennam ædificat vt in c. quoniam omne alias, c. finali de præſcript. Et ordo noſtræ reparationis a fide exordium ſumpſit, idcirco de fide catholica, vt ipſa dixit, prius eſt agendum. Sed iſta cōtinuatio, quamuis in multis reprehendi poſſit, tamen cæteris nunc omiſſis, quia continuat tantum, atque coniungit ſecundam partem rubricæ, prout etiam dixit glo. in rubr. C. eo. tit. de ſumma Trinitate, vbi primam, & ſecundam partem non inutiliter coniungit: Præter alios ego quoque illam pluribus diuerſiſq; modis denuo nunc proſequor & continuo.

Gloſa continuatio.

Gloſa continuat tātum ſecundā partem.

Recolo igitur illud in primis atque recēſeo, quod a continuata coniunctaq; doctrina præſentis rubricæ non abhorret, quod ſapiētiſſimos etiam legumlatores ferè omnes feciſſe animaduerto in ſciētiarum ſuarum compilationibus à religione exordium ſemper eſſe capiendum; idq; ijdem legumlatores cum præſertim iura gentium agunt atque pertractant prudenter fecerunt, vt nos præcipue docet Pomponius Iuris conſultus in l. veluti ff. de iuſt. & iur. qui de iure gentium acturus à religione incipit, quæ gentium eſt præcipua, & iuſtitiæ potiſſima pars, vt inquit glo. præallegata in rubr. C. eo. tit. de ſumma Trinitate. Et cōmunis eſt quoque Theologorum mens atque ſententia; quod pariter inſtitutū ſequutus eſt Imperator in ſuis Codicibus (vt antea dicebam) in quibus iura ſimiliter tractaturus de ſumma Trinitate, & fide catholica, veluti a religionis principio & fundamento ante omnia agit. Hunc etiam modū ſequutus eſt Cicero, nam is de legibus

Noua continuatio.

Exordiū librorū à religione.

verba facturus, vt leges ipsas confirmaret, atque omni dignitate amplificaret, à Dijs immortalibus est auspicatus. Itaq; Virgilius quoque cecinisse legitur, Ab Ioue principiũ. Quod neque alienum est à sanctissimo illo diuinorum & naturalium decem præceptorum Decalogo vtique in æternum permansuro, vt in psal. 118. legitur, ex quibus præceptis illud potissimũ principium obtinet, Deum scilicet colere. Hoc etiam Apostolos, & Nicænam Synodum, & Athanasium in suo symbolo egisse simili ratione videmus. quibus Gregorius Papa de diuersis & varijs ecclesiasticis constitutionibus, quæ ad clericos, & res ecclesiasticas, iuraq; ipsorum, ac rationem viuendi pertinent acturus, titulum istum de summa Trinitate, & fide catholica iuris symbolum appellatum, addidit, & alijs omnibus esse præferẽdum existimauit, atque ita à religione exordium duxit, constitutionemq; de ipsa generalem fecit, deinceps de alijs iuribus præcipit ac decernit. Explicationi enim symboli iuris, quod fidem complectitur, primus locus debebatur, & a religione exordio ducto de fide nõ absque causa agendum erat, cum per ipsam fidem sit aditus ad religionem, diuiniq; numinis cultum, quam si non haberemus, frustra Deũ inuocaremus, frustraq; ad ipsum preces funderemus, aliaq; faceremus c. ante baptismum de consec. dist. 4.

Primus locus est symboli iuris qui fidem catholicã complectitur.

Frustra Deum sine fide inuocamus.

Secundo modo, ac omnino prẹter alios etiam prẹsens rubrica cõtinuari potest. Lex canonica quæ principaliter tractat de homine operatiuo, & quomodo scilicet bene viuendo possit beatificari vt Abb. in huius decretalis prohemio num. 16. in fin. dixit. est ad reparationem animarum. Cum finis vltimus, ac principale institutum iuris canonici sit animarũ periculis succurrere c. 1. de præben. in 6. & c. 1. de sepul. & in c. fin. de consuet. ibi quanto diutius infelicem animam detinet alligatam, & in c. animarũ ex. de cõst. ad differentiam iuris ciuilis, cuius finis principaliter est bonum publicum vt idem Abb. in præalleg. prohemio nu. 17. Quarum animarum reparatio etiam post Christi aduentũ à fide catholica exordiũ sumpsit dicto c. cum Paulus. Cuius fidei primum & principale fundamentũ est sanctissima Trinitas, quæ est vnum vniuersorum principium & prima salus, vt in c. 1. præsentis tituli, hoc enim mysterium in primo fidei est attendendum & ante-

Secunda noua cõtinua.

Lex canonica de homine operatiuo principaliter tractat.

Lex canonica est ad reparationem animarum.

Finis iuris ciuilis est bonũ publicũ principaliter.

Reparatio animarũ à fide catholica etiã post Christi aduẽtum exordiũ sumpsit.

anteponẽdum, vt Moſes Geneſeos in principio nos docuit. Ideo Papa primam & principalem rubricam in decretalibus de ipſa ſumma Trinitate, & fide catholica poſuit, initio ſumpto ab illa operis ſui parte, quę ad animarũ ſalutem erat magis vtilis & neceſſaria, & ſic de iuris ſymbolo, quod eſt titulus iſte de ſumma Trinitate & fide catholica, vbi certã & firmã regulam tradit, & doctrinam catholicæ fidei, & Chriſtianæ religionis poſt factum primum & principale fundamentum, quod eſt ipſa ſanctiſſima Trinitas, poſtq; factam diuini numinis inuocationem, vt verba illa de ſumma Trinitate deſignant, quæ vtrũque ſignificare poſſunt, vt placuit gloſ. in rubrica de ſumma Trinit. in Clementinis. Veteres enim patres non ita perfecte myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis attigerunt, ex quo hodie tantam conſequimur vtilitatẽ.

Sanctiſſ. Trinitas ẽ vnũ vniuerſ. rũ princip:um.

Quare Papa primã rubricã in decretalib. de ſumma Trinit. poſuit & fide cath.

Verba illa & ſ m. Tr nit. diuini nomi nis inuocationẽ ĩ hac rub. deſignant.

Veteres patres non ita perfecte ſanctiſſ. Trinitatis myſteriũ attigerunt.

Tertio & alio modo præſens rubrica nouiſſime cum præcedẽtibus connecti, ligariq; poterit, ſi dixerimus, quòd Gregorius Papa in prohemio iſtius Decretalis in principio expoſuit quemadmodum Rex pacificus, qui eſt Chriſtus humani generis redẽptor decreuit & cõſtituit ſubditos ſuos debere eſſe pacificos, pudicos, & modeſtos; Cum autem effrenata cupiditas cordibus hominum affixa, cunctorum ſit mater malorum, vt in dicto prohemio neceſſe fuit legem dare, atque præſcribere ea gratia, vt & appetitus noxius iuris regulis coerceretur, vt hac lege genus humanum ad recte honeſteq; viuendum, alterum non lædendum, ius ſuum vnicuique tribuendum inſtitueretur ac informaretur. Quocirca idem Papa hanc variarum conſtitutionum decretalem tam pro catholica fide, quàm pro alijs eccleſiaſticis diſciplinis tradidit. Sed quoniam ſymbolum iuris, quod fidem complectitur eſt omnium principale, quia ſine fide nec Deo placere, vt dicit Paulus & habetur in l. Cælicolarum C. de Iudæ. & Cælicolis, nec bonum aliquod vitæ æternæ meritorium operari poſſumus: hac de cauſa de ipſo prius agit, ac pręcipit, eaque prudentiſſime tractat, quæ ad ipſum declarandum pertinent. Cæterum quia ſymbolum hoc, omneſq; fidei articuli a primo vſque ad vltimum ab eadem ſanctiſſima Trinitate pendent, ac procedunt ab eadem tamquam a prima porta, primoq; animarum reparationis fundamento, vt dixit glo. allegata hoc eodem tit. in prin.

Tertia noua continuatio.

Sine fide placere Deo nõ poſſumus.

Sine fide bonum meritoriũ vitę æternæ operari nõ poſſumus.

Symbolũ iuris oẽs fidei articulos cõpl:ctitur.

prin. exordiri, ac de ea dicere in primis voluit, quæ animarum reparatio vniuerſo iuri canonico ſcopus eſt & finis propoſitus, vt in dicto c. animarum de conſt. cum alijs deductis. Nam ius Canonicum (vt proxime dicebam) duo potiſſimum ſpectat, vnum vt genus humanum recte viuat, cui quoque ius ciuile conuenit & ab eo nõ diſcrepat. alterum vt ex hoc propoſito fine recte beateq; viuendi alter ſequatur finis, noſtræ ſcilicet felicitatis æternæ, prout etiam tota ſacra ſcriptura demonſtrat, & hoc eſt ſuum intentum.

Ius canonicum vt recte viuamus eſt iſtitutũ 2. et vt vitã ęternã ex eo conſequamur.

Cõueniẽtia iuris ciuilis cũ iure canonico.

Quarta noua cõtinuatio.

Quarto etiam & nouiſſime dici poteſt, quod Papa librum Decretalium variarum eccleſiaſticarum conſtitutionum, in quibus de fide catholica verba facit cõpilaturus, de ipſa prius agere inſtituit. Tum quia ſymbolum, quod fidem complectitur, fuit prima eccleſiaſtica conſtitutio, & ab Apoſtolis tradita, vt eorumdẽ Apoſtolorum ſymbolum demonſtrat. Tum etiam quia de diuinis atque humanis rebus acturus à diuinis prius tamquam à dignioribus exordiri voluit. verùm quia fides ipſa, omneſq; eius articuli ab eadem ſumma Trinitate, quæ vnum vniuerſorum eſt principium procedunt, vt dictum eſt & colligitur etiam ex Ioan. c. 1. & notatur in lege 2. C. de veteri iure enucleando, & in c. 1. iſtius tituli. Propterea primum de ea, quæ nec etiam ſub aliquo genere comprehendi poterat hic in rubrica & nigro dicit, deinde ipſam fidem catholicam pertractat, & contemplatur. 1

Prima Eccleſiaſtica cõſtitutio Symbolũ eſt Apoſtolorum.

Diuina digniora.

Summa Trinitas vnum vniuerſorũ principium.

Quinto rurſus iſta rubrica cum ſubſequentibus connectitur, atque coniungitur hoc pacto, Idem Papa iuris canonici ſcientiam, plures partes habentem, tractaturus, quia in maleuolam animam ſcientia præſertim diuina nõ poteſt intrare, quippe quæ nec habitat in corpore ſubdito peccatis, vt ſapiẽs c. 1. placuit ipſi prius de hac fide catholica, & eius ſcientia, quàm de alia iuris parte pertractare, cum qua charitate adiuncta Deo placemus, & liberi à peccatis ſumus, vt ita in eo iure initiati, & eruditi proficiamus. Sed quia ſanctiſſima Trinitas catholicæ fidei fundamentum principale eſt, vt ſupra demonſtraui, habeturq; & not. in c. 1. in fin. de ſacra vnct. propterea de ea primum in rubrica, ac deinde in eadem & in ſecunda parte de fide catholica dicit, quæ ab ipſa ſanctiſſima Trinitate pendet & procedit, ſymbolo iuris propo-

Quinta noua cõtinuatio.

Sciẽtia diuina non pt̃ in maleuolam animam intrare.

Catholicæ fidei primus artic. ſãctiſſima Trinitas

proposito, adultis enim pium ac debitum officium est, atque necessarium prius ipsa fide instrui ac muniri, ea gratia, vt ita eruditi firmeq; creduli ad fontem baptismi, diuinæq; sapientiæ perueniamus, vt de consec. distinct. 4. c. ante baptismum. quoniam fides ipsa ianua est sapientiæ & scientiæ iuxta not. in c. legimus §. hinc etiam. 37. distinct.

Fide muniri prius adultus debet.

Sexto denique cōtinuatur modo hæc rubrica. Titulus de summa Trinitate cæteris titulis generalior est, ac magis vniuersalis, & omnes inuitat ad fidem, quod nec facit titulus subsequens de constitutionibus, nec alij qui sequuntur. hac de causa titulum ipsum de summa Trinitate, & fide catholica præposuit, & de summa Trinitate prius vt supra iam dictum est.

Sexta noua continuatio. Titulus de sum. Trinit. omnes ad fidē inuitat.

Nunc istis omissis, quæ continuationis formam ostendunt, ad ipsius rubricæ verborum, quæ hic declaranda proponuntur, interpretationem deuenire liceat: ac ab illa dictione, De, prima in ordine orationis posita, incipere. Quæ vt Grammatici dicunt est præpositio cum sit pars orationis indeclinabilis, quæ cęteris eiusdem partibus præponitur, vel appositione, idest regimine casus, vel compositione, hoc est quando componitur. quæ dictio quantum valeat quantumq; vim habeat atque virtutem, non inutiliter ex infra dicendis pro maiori parte saltim patere facile poterit. Nam aliquando proximam & immediatam seu medio carentem causam demonstrat, vt dicit Bart. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. rui. & nauf. nu. 1. & quòd id regulariter indicet textus optimus cum ibi not. per Doct. & eumdem Bart. dicentem de iure meliorem in l. 1. §. nūc videamus ff. de coniungen. cum enunci. liberis. in illis verbis, non de bonis, sed propter bona esse. Probus in rub. de potest. pręlat. nu. 1. lib. 6. Baldus post Iacobum de Butrio in l. non dubium C. de legibus. quod etiam ad exemplū de statuto disponente bannitum de homicidio non posse rebanniri nota. cum autem aliquis homicidium fieri mandauerit, factumq; sit, propter ꝙ fuerit bannitus, possit nihilominus rebanniri, quoniam statutum dicit, de homicidio cum dictione, De, quæ denotat causam proximam, & immediatam, non autem propter homicidium cum dictione propter, quæ causam remotam importat, sequitur Iason in l. non dubium C. de legib. nu. 24. la-

De, præpositio est.

Dictio De, causam denotat proximam & immediatā & alia vt inf. Dictio ꝓpter causam importat remotam.

teq.

teq; Decius in rubr. ff. si certum petatur in 1. lectura num. 1. ver. quia ista præpositio. & in 2. lect. num. 5. cum alijs concordan. Aliquando vero remotam ostendit, vt notabilis est textus in l. si finita. §. deinde versus princ. ff. de damno infecto dum ait de opere satis dari. quæ verba ibidem glo. cum additione ad Margaritam, & Bart. num. 1. exponunt, videlicet non de opere, sed de damno ex opere futuro satisdari. & in §. fin. eiusdem legis in illis verbis, vt tantum præstetur ei, quantum præstari oporteret si de ea re cautum fuisset, non de ea re, idest, sed de damno ex ea re proueniēte cautum. Optimeq; etiam Decius in supradicta rubrica, Si certum petatur in 1. lect. sub nu. 2. & in 2. lect. sub num. 6. declarat. Quandoque etiam naturalem causam, seu originariam immediate denotat, nempe quando est iuncta loco, vtpote cum Baldus de Perusio dicitur, nam verba illa ad ipsam naturalem causam de loco sumptam, ipsamq; originem, potiusquā ad loci domicilium immediate referuntur, vt Decio in dicta rubrica sub num. 4. in 2. lect. placuit. Optime etiam Alciatus in l. prouinciali fol. 190. ff. de verb. signif. dixit. Et Soccinus Iunior in l. 1. ff. soluto matrimonio num. 14. vbi etiam hanc istius dictionis, De, naturam esse declarat. Interdum autem partialitatem importat, vt cum dicimus, iste est de ecclesia, idest pars ecclesiæ c. 1. q. 1. §. aliud. Collectaneus in c. oliua. num. 3. vers. item ad hoc. de verb. signif. Nonnumquam idemptitatem essentiæ, nimirū quādo dicitur filius natus de patre. Interdum quoque ipsam eamdem transsubstantiationem ostēdit, vt cum dicimus corpus Christi de pane fieri. Aliquando ordinem designat, vt cum de nihilo creaturam fieri dicimus. Plerumq; autem ponitur pro, A, vt in l. si is qui rem. §. fin. ff. de furtis in illis verbis, si stipulatus de te sim, idest à te l. 1. c. de fun. rei. priu. lib. 11. ibi de Fisco, idest a Fisco, l. 1. de fideicom. l. si vt certo. ff. comodati. §. si de me, idest à me. prout etiam Cicero de Oratore sumpsit dum inquit, Audiui de socero meo, idest à socero meo. Et idem de Oratore, Audiui istā de maioribus natu, idest à maioribus natu. Quandoque etiā exponitur propter, vt in l. vnica C. quando ciuilis actio in principio ibi de re familiari, quæ verba ibidem glos. & Doct. exponunt, idest propter rem familiarem. & in l. 4. ff. de peten. hæredit.

Aliquando remotā causā dictio De designat.

Alia dictionis De significatio.

Significat ipsa dictio De quandoque naturalē causā.

Quandoque partialitatē significat.

Quandoque idemptitatē significat.

Interdū significat trāsubstātiationem.

Plerumq. ēt ponitur pro A:

Quandoque denotat propter.

Vnde

Vnde Terentius in Eunuco, est quid nos amas de fidicina istac, idest propter fidicinam hãc. Interdum etiam sumitur pro super, vt in l.3.C.si à non comp.Iud.in princ.dum inquit, si de proprietate datus Iudex, idest super proprietate, vt ibi glo. Aliquando significat pro authentica, vt nulli Iudicum §. necessarium, ibi vt nulla mulier de qualibet re includatur, idest pro qualibet re, vt per glo. & in l.post vendit. ff. de aqua pluuia. arcen.in princ.vbi etiam glo. & in l. procurator. §.si quis. vers.ex quo ff. rem ratam haberi,in illis verbis, non ante ex ea agi poterit, quàm de libertate iudicatum fuerit,idest, vt glo.ibi dicit per libertatem. Item ponitur declaratiue vt in l. de lanionibus §. cum in villico, & §. idem consultus, &§.bubulco.ff. de fun. inst.l.si quis.ff. de recep. arb. in princ. Item sumitur pro dictione (secundum) vt de libellis, idest secundum libellos 20. dist.de libell. cum not. per Doct. in l.2. C. de senten.exper.recep. Item ponitur pro, in, vt de præsenti, idest in præsenti c.metuentes 17.dist.4.de Archiep.re.c.1. ex.de translat. Itẽ importat tempus futurum, vtpote cum dicitur de cætero,quod exponitur, posthac, Dominicus in c.cum qui in 3.not.de dolo,& contu. lib.6.Roman.cons.329. Alex.cons.102. col.pen.lib.4. Card.in Clement.1.17.q.de elect. & in Clement. c. in plerisq; 15.q. eo.tit. Quandoque ista dictio, De,subauditur à iure l. ea lege Iulia §. lænocinij. ff. de adult. in fin. ibi quique contaminatione non indignantur, in quibus verbis dictio, de, subaudienda dicitur, Accursius eodem loco, ita vt de contaminatione explicanda sit. Itẽ significat deorsum, vnde vsque deq; ferantur eæ res dicebant, hoc est sursum an deorsum res ferantur paruifacio. Multoties autem idẽ importat quod dictio, ex, Bart. in l. si finita §. deinde. sub num. 1. ff. de damno infecto. & in l. Prætor ait §. quod de fructibus num.2.ff. de bonis aut. Iud. poss. Iason in l. non dubium C. de legibus nu. 24. & in c. cum causam de elect. sequitur & declarat Decius optime eo. tit. de rebus creditis si cer.pet. num.1.in 1.lect. & num.4. in 2.lect. vbi etiam Ripa nu.2. & seq. cum alijs concordan. Interdum vero causam materialem immediatam denotat, vt puta quando iuncta est materiæ, vt not. Bal.in l.ex arrali pacto in princ.C.de act.empt.exempli gratia cum dicitur cultellus est de ferro, & vestis est de lana,

Aliquando pro super & multa alia vt infra.

linoque contexta, iuxta textum in c. cum. Quandoque vero dictam materialem causam significat, & potest stare declaratiue,& demonstratiue Paris. cons. 18. nu. 37. vol. 3. Albericus in suo dictionario dicit hoc esse regulariter. Et hoc pacto sumitur in rubro, de quo nunc sermo habetur. nam in eo Papa per illā dictionem, De, sermonem proxime sequentem de summa Trinitate, & fide catholicam materiam futurā esse declarat atque demonstrat vt de eodem rubro,& nigro manifeste colligitur. Restat nunc videre quid composita ista dictio, De, operetur: sed quoniā ipsa in hoc rubro, absq; eo quod cōposita sit, posita est, idcirco alio magis opportuno loco id tractādum reseruabo. Interim vero videri poterit textus expressus in l. 1. ff. de pó. in princ. cum ibi not. per Doct. & in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur.

Summa nomen quid significet.

Sequitur in rubr. illud nomen, summa, quod multa significat. Dici enim potest summa, idest breuis, vel prima. vt in l. summa. & ibi etiam Doct. ff. de statu. ho. & in tit. de iure persona. in instit. in prin. Vnde summatim, idest breuiter, vel primariè, vt not. Bart. in extrauag. ad rep. in vers. summarie, in princ. Est cum etiam dicitur summa, idest maxima, vt Tragici antiqui summe supremeq; Iuppiter, siue celsissime, & eminentissime. Quandoque etiam vtrumq; participat, & modo vltima dicitur, vt voluit eadem glo. in vers. summa. in instit. de iur. person. in prin. Et multa alia significat, quod Grammaticis relinquo. Sed hic summa dicitur quasi in gradum amplioris excellentiæ atq; præstantiæ, idest maior & maxima. Quomodo autem quauè ratione paulo infra declarabitur. Sed in statutis, rescriptisuè quid hoc summariè, verbū dicat, declarat speculat. in lib. de libelli concep. §. 15. vers. & qualiter.

Trinitas duplex.

Sed Trinitatem (vt tanti nominis significatio haberi etiā possit) duplicem esse sciendū est. Vnam videlicet increatā, quę proprie Trinitas dicitur, quę est illa diuina hierarchia. Et aliā, quæ creata appellatur, quæ ab illa scilicet increata est, vt latissime infra demonstrabitur. De illa increata, quæ summa est, a qua omnia procedunt, prius dicam. Huius virtus atque excellētia tanta est, vt cum mecum ipse cogito, neque principium, neque exitum inuenire possum, neque de ipsa verbis quidquam explicare atque euoluere valeo. Itaque potius admiratus cum Psalmista dicam,

Omnia a Trinitate increata procedunt.

Quid

Quid mihi eſt in cælo, ſuperat enim ipſa, atque tranſcendit cuiuſlibet præclari ingenij vires, nedum mei, quod valde exiguum eſſe ſentio; ſi enim verbis explicare contendo, nulla ratione ipſam conſequor neque dicendo complector; quod mens ipſa deficit, & vox ſilet, quia facultatem humanæ eloquentiæ tranſcendit; ſi ſcribo, non declaro, neque virtus vlla eſt, quæ illam attingere poſſit, nullaq; comparatio, aut ſimilitudo valet ad ipſam percipiendam & explicandam, quòd ipſa præter cætera omnia difficillima eſt ad intelligendum: Et vt Ambroſius dixit, impoſſibile eſt diuinæ generationis ſcire ſecretum; res enim ſecretiſſima eſt Deus, quod omnium intellectus maxime fugit, quare Propheta verè tu es Deus abſconditus. & Paulus, habitat, inquit, lucem inacceſſibilem Deus, quem nullus oculus ferre poteſt. & in ſumma, quodcunque exemplum ad eam factum debile atque infirmum eſt; tum propter admirabile ipſius myſterium; tum etiam quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio, nullaque propria perfectaq; comparatio aut ſimilitudo: Imbecillitas enim humanæ naturæ virtutem ac facultatem intelligendi habet certo modo terminatam, & ideo infinitum comprehēdere nullo pacto poteſt, cum ipſa finita ſit, atque circumſcripta & intra fines comprehenſa. Itaque quid interim dicam quouè modo illam explicare valeam non inuenio, niſi forte vltro mihi ſeſe offerat virtus illa, vis, potentia, atque efficacitas fidei, quæ mea eſt erga ſummum Deum, & ſanctiſſimam Trinitatem, qua mediante ſpero, diuino illo fauente numine, cuius hodie vim, naturam, ac potentiam explicare cupio, me breui quodam epilogo atque ſermone omnia, quæ ad præſentem declarationem pertinent, facile explicaturū. Legi enim atq; perlegi Canonū iura, & multos alios ſacræ ſcripturæ libros mente, & oculis percurri, ac diu præ manibus habui, in quibus id apertiſſime ſcriptum inueni; quod In principio erat Deus, & Verbum erat in principio apud Deum iuxta illud Ioan. in c. 1. & legitur etiam in libris Platonicis, non quidem ijs proprijs verbis, ſed hoc idem omnino multiplicibus ſuadentibus, vt refert Auguſt. 7. Confeſſionalium, quod verbum erat in principio apud Deum, & Deus erat Verbū, per quod omnia facta ſunt, vt in eodē 1. c. Ioan. & Geneſ. quoque in principio

Sanctiſſ. Trinitas ſupat oīum creatarū ingenij vires.

Sanctiſſ. Trinitas trāſcēdit facultatē humanā eloquentia.

Impoſſibile eſt diuinæ generationis ſcire ſecretum.

Exempla de ſanctiſſ. Trinitate debilia ſunt.

Humana natura īfinita cum ipſa finita ſit comprehendere non poteſt.

Admirabile misteriũ sãctiss. Trin.

Tres ĩ diuinis personæ sunt.

Noetus excludebat in diuinis ꝑsonarũ numerũ & male.

Catholici numerum triũ personarum admittunt.

legitur. & Deus erat in principio procedẽs a Deo, & verbo, hoc erat in principio, quod est magnum & admirabile mysteriũ sanctissimæ & increatæ Trinitatis. Quæ res, vt animaduerto, apertissime, ac planissime demonstrat in diuinis tres esse personas, quas omnino Noetus perperam & male negabat, dum in diuinis personarum numerum excludebat, illumq; non reperiri contendebat. quod nos Catholici inficiamur omnino, & numerum triũ diuinarum personarũ Catholica fide admittimus, quas personas Græci tres subsistentias dixerũt, quas subsistẽtias nos personas dicimus, & ita Trinitatem pro tribus personis, Vnitatẽ autẽ propter singularẽ naturã, seu propter vnitatẽ Deitatis, quę est ipsa diuina essentia, quæ vnica est. Et ideo sancta & increata Trinitas numerabilis facta est personalibus subsistentijs, sed sancta vnitas extra omnem numerũ est, quæ indiuisibilem habet vnitatem, inconfusamq; gerit coniunctionem, vt Athanas. in suo symbolo declarat; & habetur notaturque, & confirmatur in c. 1. præsentis tituli §. hæc sancta Trinitas. Vnde colligitur subsistentiam in diuinis quo ad personam & quo ad essentiam dici & intelligi: si quo ad personam, & tunc tres subsistentiæ personales sunt, si quo ad essentiam, vnica est natura in tribus personis, vt in eodem 1. c. In Christo vero vna est persona, duæ naturæ, diuina scilicet & humana, vt habetur notaturque 15. distinct. c. 2. post medium. non quidem confusæ, vt dixit Athanasius in suo symbolo. & tres essentiæ, Deitatis scilicet, animæ, & corporis. quare dicitur increatam illam, & sanctam Trinitatem vnitatem esse, atque extra omnem numerum esse, ac summe supremeque vnam, & nullo modo per plures essentias diuisibilem, cum vnica sit, vt est regula in Theologia; quæ etiam est summè simplex, vt in c. 1. in prin. cum seq. §. hæc sancta Trinitas, & in c. damnamus §. licet igitur. eo. tit. idest non composita ex multis rebus, distinctis a se inuicẽ re, nec quæ componi possit cum rebus a se re ipsa distinctis, sed quicquid est in ea propter sui infinitatem est vnum idemque, quod ea, vt not. glo. in c. 1. in verbo natura, ex. de summa Trinitate. & est prima idest radix & fundamentum emanationum, & personalium proprietatum, & omnino prima entitas (vt hoc nomine trito iam vtar, inter omnia entia & in diuinis, & creaturis,

Subsistentiã ĩ diuinis quo ad personas, & quo ad essentiam dicitur.

In Christo vna est persona duæ naturæ sed non confusæ & tres essẽtiæ.

Diuina essentia ẽ fundamentũ emanationũ & ꝑsonaliũ proprietatũ.

vt not.

vt not. glo. in c. 1. de summa Trinit. in 6. in ver. æternaliter. prope fin. In qua essentia, quæ vna est, vt de consec. dist. 3. & in c. 1. istius tituli in ver. natura. & ibi glo. Triplex est emanatio vel productio scilicet per generationem, per spiratione, & per creationem. De tertia creationis scilicet, quæ est in tempore, de qua Genes. in prin. dicitur, hic non loquor. Sed de duabus primis, quarum prior, idest generatio est emanatio, quæ est productio substantifica (vt hoc nomine vtar) per modum naturæ, quæ vt Proph. loquitur ab æterno fuit cum ait, Ego hodie genui te idest in æternitate, quæ est ei semper hodie, idest præsens, quod oculo æternæ suæ virtutis præsentia sunt omnia, neque apud eum est tempus præteritum, neque futurum. Hanc æternitatem etiam declarat glo. in eo. c. 1. in prin. quam in parte Arriani & male temereq; negare ausi sunt, tenentes filium non esse Patri coæternum, vt glo. refert in c. 1. de sum. Trinit. in Clement. Posterior & secunda per spirationem est, quæ est productio substantifica per modum voluntatis. per modum autem voluntatis dicitur, quia amor est Patris scilicet & filij, & etiam amor secundum voluntatem est, quia est etiam vnitiuus (vt ita dicam) illorum Patris scilicet & filij, sine tamen aliqua confusione, vt Athanas. in suo symbolo. Per generationem vero, idest per productionem substantificam, per modum viamq; naturæ producitur a Patre filius, qui genitus a patre dicitur, sed per productionem substantificam, idest per modum volũtatis producitur Spiritus sanctus, qui ab vtroque Patre scilicet, & filio procedit, non tamquam ex duobus principijs, sed ex vno, neque pluribus spirationibus, sed vnica spiratione, vt in c. 1. in prin. de summa Trinit. in 6. quia Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vnus Deus sunt, vt August. dixit in primo lib. de Trin. c. 13. Quam productionem, donationem dicemus & vocabimus, cum a voluntate tribuatur, vt liberaliter communicetur illis personis omnis perfectio. Et istæ tres diuinæ personæ sunt in vna substantia, quarum vna etiam indiuidua essentia est, & natura, vt de consec. dist. 4. c. vlt. Quomodo autem substantia, essentia, & natura in diuinis dicantur declarat glo. in c. 1. in princ. in ver. omnibus. de summa Trinit. in Clement. In cuius diuinæ naturæ vnitate seu essentia tres sunt realiter distinctæ

Essentia diuina vna est. *In diuina essentia triplex e emanatio.* *Generatio quid.* *Declaratio verborũ psalmi. Ego hodie genui te.* *Diuinã æternitatẽ declarat glosa.* *Æternitatẽ filij negant Arriani & male.* *Spiratio qd.* *Filius a Patre producitur per generationem.* *Spũs sãctus ab vtroque Patre. s. & Filio nõ tãquã ex duobus principijs sed tãquã ex vno procedit.* *Spũs sancti productio donatio dr.* *Vna e diuina essentia triũ diuinarũ psonarũ.* *Sũa essẽtia & natura i diuinis qmo dicantur.* *In diuina essentia tres sunt realiter distinctæ psonæ.*

ctæ personæ, quarũ prima est a nulla, & a nulla nata, vt in c. 1. eo. tit. quæ nec est nascibilis (vt his verbis vtar) nec ꝓducta, nec producibilis, nec spirata, nec spirabilis, nec creata, nec creabilis, quę est Pater. vt in eodẽ c. dãnamus, hic eo. tit. §. nos vero. Paternitas inquã & innascibilitas sunt duæ ex quinque notionibus, quę soli Patri cõueniunt, quia solus ipse generat potentia patris generãdi pro eo quod significat est Paternitas, si tamen fundamentum connotamus, idest ex qua parte Patris, vt ita dicam, est memoria fæcunda, vt infra dicetur vbi de secunda persona verba erũt, quę filius est, qui genitus a Patre est naturali productione, naturali fæcunditate mentis & intellectus, per memoriã scilicet & generationem a sola prima; & ista est tertia notio, quam filiationẽ appellant, quæ nec Patris est, nec Spiritus sancti, sed filij solum, qui vnus est in diuinis, & merito: Nam sicut vnus est Pater in diuinis, & non plures, sic neque plures esse filios permittitur, vt declarat glo. in c. 1. de sum. Trinit. in Clement. in verbo Vnigenitus iuxta illud Athanas. in suo symbolo, Vnus ergo Pater, non tres Patres, vnus ergo Filius, nõ tres Filij. Tertia, quæ est Spiritus sanctus, est per cõmuniem spirationem a prima & secunda. i. a Patre, & Filio, non genita, nec creata, sicuti nec secunda persona est creata, nec spirata. De quibus Dominus in Ioan. c. 8. 15. & 16. ait, Ego enim ex Deo processi & veni, & iterũ. cum venerit Paraclitus, quẽ ego mittã vobis a Patre spiritũ veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Itẽ ille me clarificabit, qui de meo accipiet, & ista est quarta notio, quæ processio appellatur, & sola cõuenit Spiritui sancto, qui solus est, nec alius spiratus reperitur, & procedit à duobus, Patre scilicet, & Filio, qui spirãdi vim a Patre habet, Pater vero ex se. Hanc processionem geminatã reperimus, vnã scilicet æternalem, & alterã tẽporalem, de illa ęternali, quę ineffabilis est, sermo hic est, qua a Patre, & Filio, æternaliter Spiritus sanctus procedit. Alia est & quinta notio, quæ spiratio dicitur, quę Patri scilicet & filio cõpetit, non tamen Spiritui sancto, cũ ipsi tantũ spirent, & non Spiritus sanctus, qui est spiratus. Atq; hęc de tribus ꝑsonis, & quinq; notionibus, cui, & quomodo cõpetant, dicta sufficiãt. Addo etiã nomen personę merito positũ fuisse in diuinis, vt nos Athan. in suo symbolo qñ dicit, alia est. n.

Patris persona natura. Pñitas & innascibilitas sunt duæ ex quinque notionibus.

De secunda persona quæ filius est.

Tertia notio.

In diuinis vnus est filius.

De tertia ꝑsona diuina.

Quarta notio.

Processio alia æternalis & alia temporalis.

De quinta notione et quibus cõpetat.

Personæ nomen merito in diuinis.

persona Patris,alia filij,docuit.Quod nomen in diuinis singulare quoddã est,in quo Deitas totã existit ab alio singulari realiter separatũ.Realiter inquã non p naturã,sed per proprietatẽ personalẽ,vt cũ dicimus Deũ substãtiam,explicamus, naturã diuinã omnibus personis cõem, in quã nõ vt dicimus de homine sola vocis distinctione, sed vere & realiter cõem. Cum vero dicimus Patrẽ aut Filium,aut Spũm sanctum vnũ singulare, aut vnã personã dicimus,in qua Deitas etiã tota subsistit. in Deo vero substãtia,aut Dei essẽtia,est ipsa deitatis natura,quæ totã Deitatis perfectionẽ dicit. Nũc operę preciũ est cognoscere tria esse nomina, quę sanctiss.Trinitatis mysteriũ declarant, secundũ glo. in c.dãnamus in ver. neq; genita eo. tit.de sum.Trinit. de quibus in dicta glo.Sed secundũ Theologos sunt istæ,notiones.s.& proprietates,ac relationes.Notiones autẽ vt supra dixi,sunt quinque videlicet innascibilitas,Paternitas,spiratio,filiatio,& processio. Relationes autẽ sunt hę. Paternitas quia ad filiũ refertur, & ad ipsum habet relationẽ & respectum,non.n.Pater est,nisi sit filius, & sic filiatio ẽt est relatio,sunt.n.ista nomina Paternitas,& filiatio, seu Pater, & filius correlatiua,vt nõt.in l.fi. C.de indicta viduit.tol. Ias.in l.is qui putat nu.19.ff.de acquir.hęred. Relatio ẽt est processio, quia pręsupponit Spũm sanctũ,qui a Patre,filioq; procedit,vt credere nos debem⁹,atq; hac fide cõfirmamur. Spiratio est relatio,q̃a prę supponit Patrẽ, & filiũ, & alter sine altero nõ spirat. Innascibilitas vero nõ est relatio,eo quod nullã aliã personã pręsupponit in diuinis. Et istæ quinq; notiones duobus istis modis accipiuntur; quę & in aliũ quoq; sensum accipi possunt,q̃n & proprietates appellãtur,cũ propriæ sint illarũ personarũ,quibus cõpetunt,vt Paternitas,quę soli Patri cõuenit,Filiatio soli filio,& processio passiue.s.dũtaxat Spiritui sancto, quæ cũ istis solis, & singulari quadã, ac præcipua ratione conueniant, non tamen per attributionẽ proprietates appellãtur. Vtrum autẽ ista nomina Pater,Filius,ac Spũs sanctus personis imposita sint relatiuè,aut a proprietatibus, & sint nomina propria alius erit capitulus. Spiratio vero actiua non est proprietas, cum Patri & filio simul conueniat. Sed innascibilitas.i.omni ortu,origineq; carere, est solũmodo Patris proprietas,soli Patri cõgruens,qui solus omni ortu,& origine caret.

Ideoq;

Personæ nomen in diuinis quid.

Cum Deus dicitur quid significatur.

Sta in Deo aut Dei essentia quid.

Notiones quot.

Relationes in diuinis quæ.

Pr̃ sine filio nõ spirat nec filius sine pa tre.

Notiones in diuinis quin que sũt quæ duobus modis accipiuntur.

Proprietates quæ.

Spiratio actiua pprietas non est.

Innascibilitas Patris proprietas.

Pater generat non autem generatur. Ideoq; Pater generat, non autem generatur, neque spiratur, neque ab aliquo alio procedit, vt in dicto c. 1. & in c. damnamus §. nos vero eo. tit. quamuis dicantur tres esse sanctissimæ personæ in vna essentia, Pater videlicet, & Filius, & Spiritus sanctus; non tamen ita vt ab ipsa diuina essentia Pater, & aliæ personæ procedant, cum quælibet earum personarum sit illa eadem vnaq; essentia diuina, vt in dicta glo. in ver. natura c. 1. eo. tit. quia aliter esset quaternitas, considerata distinctione essentiæ ab ipsis personis, vt in dicto c. damnamus §. nos vero eo. tit. *Personæ diuinæ a diuina essentia nõ procedũt.* Pro declaratione itaque ipsius diuinæ essentiæ aduertendum esse censeo, *Declaratio diuinæ essẽtia.* quòd diuina ipsa essentia, in cuius diuinitate tres sunt illæ sanctissimæ personæ, est summè vna, & quæ in plures essentias nullo modo diuidi potest; & a nullo producta, nec genita, quæ nec etiam est generatiua, cum ipsa nec generet, nec generetur, vt antea dicebam, & habetur, notaturq; in c. 1. post principium ibi, tres quidem personæ: & in §. hæc sancta Trinitas in principio & in c. damnamus §. nos vero eo. tit. de summa Trinit. & communis est etiam Theologorum regula. & hoc confirmat etiam Lateran. Concilium sub Innoc. 3. est enim Pater, qui generat, & Filius qui genitus est, & Spiritus sanctus qui ab vtroque procedit, non autem ipsa absoluta diuina essentia, etsi Pater aliud non sit, quàm diuina essentia, quæ etiam incommutabilis est, & incomprehensibilis, vt in eo. c. 1. damnamus §. nos vero. non enim mutatur loco, quod vbique est, neque mutatur forma, quia semper actus est, neque mutatur tempore, quia æterna est, neque variatione & alteratione, quia semper eadem est, vnica & sola: quæ & increata dicitur, quia a nullo habet principium, sic neque finem habebit, & si ipsa principium dicatur, sed absque principio, & aliarum rerum potius principium. Et finis dicitur, sed sine fine, & aliarum rerũ similiter finis. vt not. glo. in c. 1. in prin. in ver. æternaliter. de summa Trinit. in 6. quia quod ad vniuersum spectat, finis Deus est, vt dixit Bernardus Clarauallen. in suo libro de consideratione 5. Quod & Saluatoris quoque verbis confirmatur, quando dicit, Ego sum Alpha, & Omega, idest principium, & finis. A Deo enim sunt omnia, tamquam a principio, vt Platonici etiam dicunt, & ad ipsum omnia tamquam ad finem

Diuina essẽtia in plures essentias nullo mõ diuidi potest.

Diuina essentia nõ generat nec generatur.

Diuina essẽtia incõmutabilis.

Diuina essẽtia increata est.

Diuina essẽtia pricipiũ dr̃ sed sine principio qa Deus rerum oĩum principiũ & finis.

A Deo sunt oĩa vt Platonici etiam dicunt.

finem referuntur, atque reuocantur: quare etiam Propheta in psal. suo. Dominus regnauit in æternum & vltra. Et hæc est breuis quædam diuinæ essentiæ declaratio, quæ illud vnū est, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt; quæ personæ nullo modo diuiduntur, neque confunduntur, sed ob eam tantummodo causam, quòd alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti, sunt distinctæ, vt idem Athanas. in suo symbolo in principio dixit. & est vnitas cum Patre præcipue, ac specialiter, quod est consideratione dignum, quando maxime solus filium solum generat, & cùm Spiritu sancto, qui a Patre & Filio tantum procedit, quoniam personæ distinguuntur, non autem diuiduntur, sunt enim hæ proprietates, quæ personis Trinitatis singulariter, & vnice competunt, non tamen per attributionem, quia multum differunt ea, quæ sunt personis appropriata ab his, quæ sunt propria personarum, vt innascibilitas, paternitas, filiatio, ac spiratio, de quibus supra disserui; quibus personæ ipsę maxime differunt, atque inter se distinguuntur, sed non diuiduntur. Differūt etiam ratione esse, quoniam filius, & Spiritus sanctus a Patre habent esse, sed diuerso modo, quia filius per generationem, Spiritus sanctus vero per processionem, & ob hanc maxime rem personæ inter se distinguuntur. Propterea dixit sanctus Anselmus in lib. qui de processione Spiritus sancti inscribitur, si per aliud non essent plures Filius & Spiritus sanctus, per hoc solum essent diuersi. Et ita in omnibus vnitatem esse constat in substantia atque essentia, in se scilicet considerata, in personis vero est distinctio. Ex quibus omnibus colligitur, atque concluditur diuinam essentiam in se consideratam esse prorsus indiscretam, & indistinctam; personam vero in se consideratam suis proprietatibus distinctam esse. Considerata autem essentia in personis, vel personæ in essentia, tunc modum medium tenet, vnitatem scilicet, & distinctionem, vt Theologi communiter dicunt in primo sent. distinct. 6. Ex quo etiam colligitur aliam esse personam Patris, aliam Filij, aliam Spiritus sancti, nō aliud tamen, vt scilicet sint res diuersæ Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, quæ idem sunt in essentia, vt Papa dixit in dicto c. damnamus §. igitur. & ibi glo. in ver. alius sit Pater, in fin. In qualibet enim diuinarum personarū

Dominus regnabit in æternū & vltra.

Quare diuinæ pſonæ distinctæ sunt.

Personæ distinguuntur non autē diuiduntur.

Differūt ꝓpria personarū ab his quæ sūt personis appropriata.

Diuinæ personæ quomodo inter se differant & distinguanť.

Vnitas diuinarum personarum in omnibus.

Quando diuina essētia idistincta sit & quomodo distincta.

In qualibet diuinarū ꝑsonarū diuina essētia ē & nō aliud

illa eadẽ diuina essentia simpliciter est, non autẽ aliud: Qua de re merito tres illæ personæ vnum sunt, vt Dominus in Matth. c. 12. dixit, cum ait, Ego & Pater vnũ sumus. & aliam dicimus Patris personam, aliamq; filij, & aliam Spiritus sancti, sed non aliud. Quam sententiam sequitur etiã hic Hostien. in sua summa nu. 9. ante fin. & bene, quia in diuinis distinctio est, nõn secundũ essentiã, sed secundũ personas, siue proprietates personales (Personales dico) quia appropriare aliquid personis diuinis, nihil aliud est, nisi ipsa cõmunia omnibus persouis ad notitiam propriarum personarum facientia alicui personæ attribuere; vt Patri vnitatem, æternitatem, principiationem, omnipotentiam. Filio veritatem, speciem, exemplationem, & omnem scientiam Spiritui sancto bonitatem, vsum, finem, voluntatem. Et quamuis alia sit persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti, & sic tres sint personæ distinctæ, non tamen tres sunt Dij, sed vnus est Deus, vt Athanasius in suo symbolo dixit. Quod maxime illam Macedonis pestem damnat, qui Spiritum sanctum non esse Deum, sed seruum Patris dicebat, vt refert Papa 1. quæst. 1. c. quos in fin.

Confirmatio & approbatio sñię Host. Distinctio in diuinis in quibus cõsistat. Quid sit appropriare aliquid psonis diuinis. Quę psonis diuinis appropriẽtur. Illę tres diuinę personę non sunt tres Dij sed unus Deus. Pestis Macedoniana damnatur.

Ex quibus omnibus nouas ego nunc præter alios hic colligo increatæ Trinitatis diffinitiones. Increata igitur Trinitas est triũ personarum inter se æqualium, & a se inuicem distinctarum vna essentia indiuisibilis, quæ etiam est summè simplex, non composita, & quæ nec cõponi potest, quæ fuit ab æterno, a nulloq; creata, & prima entitas est inter omniã entia, vt in dicto c. 1. & c. damnamus §. nos autem in princ. eo. tit.

Noua diffinitiones sanctiss. Trinit.

Secundo modo dici noua quadam ratione potest. Increatam Trinitatem esse trium ęqualium personarum a se inuicem distinctarum ineffabilem quendam complexum, qui nõ excludit a diuiña essentia vnitatem, simplicitatem, & incommutabilitatẽ, quę sibi soli nota est, & homini Christo, vt in Euang. Matthei c. 12. legitur quando dicit, nemo nouit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, & cui voluerit Filius reuelare: quæ cognitio reuelationis non est eadem vel tanta, quanta est Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt in cap. de mysterio sanctissimæ Trinitatis dixi.

Secunda noua diffinitio.

Vel sic & tertio nouo modo dici potest summam & increatam Trini-

Tertia noua diffinitio sanctiss. Trinit.

Trinitatem eſſe Dei, & Filij, & Spiritus ſancti tres perſonas, eſſentiam vero vnam, vt Auguſtinus in ſuo tractatu de fide ad Petrum dixit.

Et vt quarta addatur nouiſſime etiã dici poteſt, quòd ipſa ſanctiſſima Trinitas ſit vna de vna, cum qua & vna. Quomodo autẽ & qua de cauſa ſumma dicatur. nouis hic rationibus contra verba Abbatis, & qui eius ſententiam ſequuti ſunt, declaro. Abbas, & alij, qui ab eo ſunt, voluerunt ſummam dici iſtam ſanctiſſimam Trinitatem ad differentiam creatarum, cuius verbi, quamuis Abb. nullam rationem reddat, illa tamen in promptu eſt, cum enim aliquid creaturæ competit, quod competat Creatori, illud excellentius dicitur de Creatore: Exempli gratia ſi in creatura eſt ſapientia, illa in Deo ſumma eſt, ſi perfectio eminentiori modo rerum omnium perfectiones in ſe habeat, neceſſe eſt; cum ipſa ſit prima cauſa omnium rerum, vt Ariſtot. dixit. Et ipſum eſſe per ſe conſtans cohærenſque, & ſic de cęteris: quæcumque enim de ſuo creatore dicũtur in ſuperlatiuo gradu ſemper dicenda ſunt; qua de re potentiſſimus Deus cum omnia poſſit, dicitur, quæ eius potentiam decent. Item σοφώτατον. ideſt ſapientiſſimus, qualem vocat diuinus Plato in Parmenide cum dicit, ſolum Deum eſſe ſapientiſſimum. Deus etiam dicitur iuſtiſſimus, optimus, pulcherrimus vt Auguſtinus in libro qui eſt de Trinitate, dixit. Oportet enim Deum, cuius eſt ſumme ſentire atque intelligere (ait ipſe) nec mori, nec corrumpi, nec mutari poſſe, nec corpus eſſe, ſed ſpiritum omnipotentiſſimum, mitiſſimum, optimum, beatiſſimũ fateamur oportet. Quod & præter auctoritatem ratione etiã intelligi poteſt, cum propter quod vnumquodque tale, & illud magis, & ſemper eſt aliquid nobilius in ſua cauſa, quàm in cauſato: Videtur enim ac cernitur purior aqua in fonte, quàm in riuulis, qui ab eo profluunt, & lucidiores ſunt radij ſolares in ſole, quàm in aere. Item videtur illud quod mouet excellentioris præſtantioriſque naturæ eſſe eo quod mouetur, & illud quod agit melius & præſtantius eſſe eo, quod patitur, & potentia quoq; ſiue virtus actu nobilior eſt, auctore Ariſt. 9. metaph. & Aug. quoq; ſuper Geneſ. Et his de cauſis dici forte potuit illa ſumma & increata Trinitas ad differentiã

Quarta noua diffinitio eiuſdem.

Quare ſũma dicatur ſanctiſſ. Trinitas.

Quod vnũ & idem cõpetit creaturę quod cõpetat creatori illud excellentius de Creatore dr.

Platonis dictum.

Mouens excellentioris naturę eſt eo quod mouetur.

distinctionemq; scilicet aliarum creaturarum, vt Abbati & alijs, qui illum hic sequuntur placuit, illud candelæ exemplum adducendo, in qua est splendor, vt ipsi dicunt, & ignis, & calor. Item in sole, & anima etiam hoc pacto exemplum sumi potest, & in alijs rebus, in quibus ipsam increatam Trinitatem relucere supra dixi. Sed August. de verbis Domini dixit. Tria continere ignem motum videlicet & vere motum, cum nulla requies detur elementis, ex quibus mundum Deus & natura coagmentauit atque composuit: qua ex re nonnulli voluerunt mundum a mouẽdo dictum, vel quòd in assiduo motu moueatur; & lucem, & calorem quoque continere ignem; Cum autem motus, lux, & calor tria in ignis natura sint, vnum tamen lumen est, cũ vni aliud nec præeat nec antecedat, nec cõfuse, nec promiscue sint vnum, simul vero operentur, & indiuidue, neque seiunctè, sed coniunctè ad similitudinem & exemplum sanctissimæ Trinitatis, vt Abbati, & alijs, qui eum sequuntur placuit; cuius si bene aduerto longa est dissimilitudo, ac diuersitas, quia nulla creatura talis esse potest, qualis creator eius; tum etiam quia tanta non potest similitudo afferri quin inter ipsas maior dissimilitudo afferri valeat & adduci, vt infra in eodem cap. damnamus §. cum ergo veritas. Dixit etiam & notauit Hostien. hic in sua summa nume. 2. post princ. licet aliquando hoc fiat ad eruditionem, instructionemque simplicium, vt hic Abbas dixit num. 1. Tamen vere assimilare non possumus, neque attingere, quòd is qui fecit, & factum inter se maximè differunt. Vt Augustinus quoque arbitratus est, & causa ipsa narratione superior est, quã minus demonstrare possumus, quum rem quamlibet per causas ostendamus, quia scire nihil aliud est, quàm rem per causas cognoscere. At vero Deus causas non habet, quia ipse est prima causa causans, non causatus, cum sit primus motor, & primum ens. vt in 1. phys. disciplinæ tex. com. 1. & in 2. metaphys. & in 8. phys. Omnino autem ac per totum Deus demonstrari, neque definiri nulla ratione potest; quamuis aliquando per res ab ipso creatas, & ab ipso causatas demonstretur, quæ tamen vera demonstratio existimanda non est, neque cognitio, vt idem in hac eadem rubrica num. 1. dixit. quia de Deo, & creaturis æqualiter dicere

Mundus vnde dictus.

Abbatis opinio.

Deus causas nõ habet quia prima causa rerũ omniũ creaturarum est.

Deus demõstrari nõ põt omnino.

Q̃mo Deus demonstreĩ.

dicere non possumus. Ita neque de Trinitate; plus enim est de Trinitate cognoscere, quàm de Deo simpliciter dicere, qui omnino sine exemplo est: Vnde Proph. psal.82. & 88. Deus quis similis tibi? ita multo magis sanctissima Trinitas nulli exemplo subijcietur. Itidem & diuina generatio quum omnem sensum effugiat, neque ingenio vllo comprehendi, neuè mente & cogitatione percipi, demonstrarique verè possit, nec vlli rei creatę comparari aut conferri, cum a creaturis distet plurimum, si rationibus inhæremus, quemadmodum inhærendum esse existimo. Differt etiam dissimilisque est secundum rationem, & modum æquiparationis, quia filius à Patre est genitus secundum substãtiam, propter quam vnus est cum Patre, qui in eum totam essentiam suam communicauit, quando dixit in Euangelio, Ego & Pater vnum sumus, vt ab igne differat, a quo nullus neque motus, neque lux, neque calor substantialiter est genitus, sicuti nec cor ipsum substantiuum parit verbum, quod cordis est accidens, neque conceptum, seu animi sensum, neque prolatum, neque mens rationem, neque splendor lucem. Ab igne enim procedit splendor, & a splendore lux, & ab igne & splendore calor. Et in hoc etiam maxima est differentia, cum inter alia quaternitas in ipso igne demonstretur, vbi est ignis, splendor, lux, & calor. Item in hoc etiam differentia agnoscitur, quod in ipsa diuina Trinitate personæ sunt inter se se distinctæ pro ipsarum proprietatibus & vt personæ; nihilominus quamuis etiam distinguantur, vnitas ab essentia non excluditur, quum vna illarum essentia tantum sit, quæ si etiam in se ipsa consideretur, omnino indistincta ab ipsis personis est, & indiscreta, quod earum quælibet illa eadem essentia est, & natura, vt glosa dixit in verbo, natura, in c.1. eo. tit. ad differentiam ipsius candelæ; de qua Abbas, & qui illum sequuntur loquuti fuerunt: atque etiam ipsius ignis, de quo Augustinus multa disseruit, qui aliud est ab ipso motu, & aliud ab ipsa luce, sicuti etiam aliud est ab ipso calore, quia etsi ignis motum faciat a centro ad circumferentiam, vt de ipso igne cuius similitudo magis considerãda est potius loquar, & quamuis lucem habeat, & calefaciat, non idcirco tamen illorum quilibet est ipse ignis; qui vt aliqua de eius natura dicam,

Plus est de Trinitate cognoscere q̃ de Deo simpliciter dicere.

Deus omnino sine exẽplo est multo magis sanctiss. Trinitas.

Diuina generatio nulli rei creatæ cõparari vere potest.

Ab igne qd procedat & quid a splẽdore & quid a luce.

Natura ignis. quod ab re non erit, ardet, & lucet, non in sua sphæra, sed in aliena materia, cum ipse non sit cōpactæ, concretæq; naturæ, cum sit corpus diaphanum, hoc est perspicuum atq; translucidū, & corpora diaphana, siue translucētia non lucent, sed potius nata sunt, vt luminentur, atq; in eorum superficie illa lux se perfundit, non vti est in corporibus densis, & vmbrosis, vt August. intellexit. Si autem ignis in sua sphęra compactus esset, omnes stellas eclipsaret. hoc etiam habet aer, qui nec lucet cum diaphanus sit, sed est illuminabilis potius; ideo ignis qui ab ipsa luce differentem habet naturam, apud nos lucet ex coacta in vnum, cōgestaq; materia, cui ipse quasi pabulo inhærescit, & non ex sua natura in qua lux ipsa non est adeo scilicet magna, vt apud nos luceat quando videlicet ignis est in sua sphæra, sed propter accidens magis lucet apud nos, sicut & propter accidens frigefacit quandoq; vt in aceto; suapte enim natura lucet ignis, lumēq; naturale habet nō aliunde mutuatū, sed non adeo magnū, vt alijs quoq; rebus, corporibusq; valeat lumen impartiri, si in propria naturaliq; raritate perstiterit: Verum cum primū fuerit adscitus ad materiam dēsiorē, quę tamen nō sit omnino opaca, sed homini peruia, confestim lucem emittit ipse ignis, qui est etiā accensus, & quis accenderit ipse dicat, qui similiter aquę humorē attribuerit, seu illum eliquauerit, vt Lact. Firm. in 2. lib. c. 10. dixit. Deus enim est, qui Effectus ignis. hęc omnia facit, vt Genes. dicitur. Sed vt aliqua hoc in loco de effectibus ignis attingā, quæ neq; ab re proposita aliena esse videntur, Ignem quartum elementum. illud scire operę precium est: ipsum ignē qui est quartū elementum extra suam sphæram sm̄ naturā stare non posse sine materia, quam postea sibi appropinquatam consumit, & hic est vnus de effectibus ipsius ignis, & natura, cui competit figura Piramydis, quę motui sursum est apta; qui etiā aggregat, in vnūq; cogit omne quod sui generis est: naturæ enim atq; essentię ipsius attributum est, vt aggreget in vnumq; cogat. ꝙ si qn̄q; disgregat, separat & consumit, id suapte natura & per se non facit, sed per aliud & per accidens. Reducit etiā inferiora ad superiora, quia terrea in aquosa resoluit, & aquosa in aerea, dura mollit, quia etiā mollit ferrum, & lapidem crematum in cementum vertit. Atq; etiam extenuat, vt quū glaciē liquefacit ac resoluit. Naturaliter quoq;

igni

igni eſt inſitum vt condenſet & cãdida ad nigredinem,& nigra ad candorem traducat. Ignis etiam ventum ſuſcitat,ignis ſplendet, rutilat, calefacit, fumum progenerat, ligna deuorat & cõſumit, cibos dequoquit,lædit etiam atq; offendit qñ materialis eſt, non tamen magis Salamandrã lædit, quàm ignis infernalis virum iuſtum ac probum. multa alia quoq; peragit natura ignis,penetrãdi, & cõicandi,& diuidendi poteſtatẽ habet. De Salamandra vero ne credas ipſam generari in igne,aut nutriri, cum iſta eſſe non poſſint abſq; humore, qui auctore Ariſt. in lib. de animalibus ab igne prorſus excluditur, ſed ex nimio frigore ſibi ingenito Salamandra ipſa tranſit per ignem, neq; quidquã detrimenti patitur per ſpatium aliquod,tamen ſi ibi diu moraretur, omnino ab ipſo igne cõſumaretur. Cui ſumma ſiccitas ineſt,quę ſua qualitas eſt, quãquam ei calor quaſi ſua propria qualitas attribuatur: ſed hęc Philoſophis relinquo,& ad propoſitũ vnde receſſi reuertor.Itaq; de candela,& igne, quod iam dictum eſt ẽt de ſole dici poteſt, in quo tria etiã ſunt,ſphæra ſcilicet,claritas, & calor. In ſphæra ſolis ignea Patrẽ intelligere debemus, in ſplendore filium,in calore Spiritum ſanctum. Sphæra ſolis,ſplendor,& calor,non tamen ſunt tres,ſed vnus ſol,qui viſibilis eſt & magnus, eſt enim decies maior terra, vt quidam exiſtimãt, vt vero Ptolemeo placet ſexagies ſepties, qui annuo ſpatio per ſigniferum orbem curſum ſuũ conficit proprio motu. is planeta calidus eſt,& luminis parens vt ipſe ignis. itaq; cẽſebat Anaxagoras eſſe ſolẽ ipſum quaſi ignitũ carbonem, & quod inter ſidera lucem effundat, ſolum eſſe a quo & ceteræ ſtellæ, quæ per ſe non lucent,lumen accipiunt. Aliqui voluerunt, ꝙ tantũ luna lumen accipiat, quæ habet nomen deriuatiuũ a ſolis luce,vnde luna dicta eſt quaſi Lucina,eo ꝙ ſola lumen accipiat, acceptumq; reddat, quod eſt propriũ ſolis lumen dare, & ꝙ nulli alij ſideri magis competit. vnde nomen ipſe accepit, qui & mundi quoque oculus appellatur. De anima intellectiua hoc idem referri poſſe non ambigetur,quę ſecundum nomen anima dicitur quatenus corpus animat, quæ ſine corpore vtique non viuit vitam corporalem: menti ipſi & intelligentiæ aliud vitæ genus eſt, ſed de anima intellectiua ſermo eſt, quæ abſque corpore corporaliter non viuit, 1.q.3.c.ſi quis obiecerit.

Salamãdra in igne nõ generaĩ neque nutritur.

Salamãdra per ignẽ trãſit & quõ.

Propria ignis qualitas.

Tria ſunt in Sole.

Sol decies maior terra vt quidã dixerunt.

Opinio Ptolemęi de magnitudine Solis.

Sol curſum ſuũ per annũ ſpatiũ facit pprio motu.

Anaxagoris opinio de Sole.

Luna vnde dicta.

Sol vnde dictus.

An anima dicaĩ sm nomen.

Anima intellectiua ſine corpore corporaliter non viuit.

Anima intellectiua in quo corpore habitat. Neq; vero anima in qaolibet corpore habitat, sed in eo tantum, quod sensum habet, id quod animati corporis propriũ est habere sensum vt 23. q. 3. c. quod vero non formatum. Non enim hic de corpore vegetatiuam animam habente sentimus. Quantum vero recordatur est memoria, quæ dum percipit & intelligit est intellectus: dum consentit est voluntas: & mens quantum ipsa recolit: animus vero dum vult: ratio dum recte iudicat: Spiritus dum spirat & contemplatur; & sensus dum sentit, vt Isidorus dixit in 11. libro Etymologiarum. Quæ omnia in anima si considerentur numerum, multitudinem, & quantitatem potius efficiunt, quàm Trinitatem, quæ animæ facultates, potentiæq; sunt; non tamen vt personæ sanctissimæ Trinitatis substantialiter genitæ, quamuis glo. hic in verb. simplex, & Hostien. in sua summa num. 2. in princ. perperam dixerint hasce potentias idem esse quòd anima est secundum substantiæ rationem: ob hanc maxime causam, quòd illarum altera neq; anima est, sicut neque memoria est homo, neque intelligentia, neque amor, neque dilectio, homo enim meminit, intelligit, & diligit, & hæc tria habet, tamen ipse homo non est hæc tria, neq; illa tria homo sunt, sed vnius hominis; id quòd de personis diuinis dici non potest, nempe tres illæ sanctissimæ personæ non vnius Dei sunt, sed vnus vere, & essentialiter Deus sunt, vt Magister sent. l. 1. 2. dist. dixit; quemadmodum etiam neque verbum est conceptus, aut prolatus, nec motus, seu vis motiua, quæ cordi inest, suamque essentiam positam habet in animalibus perfectis pulmonem, & cor habentibus, immo potius vt Aristot. dixit in lib. 3. qui est de anima, istæ virtutes, siue animæ potentiæ formaliter, ac re ipsa inter se distinguuntur, & sicut quælibet forma habet proprie sibi suum accommodatum instrumentũ, quo vtitur ad agendum, ita etiam & quinque corporis sensus; nam quilibet ipsorum habet speciale instrumentum, & tamen in multis differunt inter se, quamuis vnam habeant originem scilicet sensum communem, a quo illi exteriores exeunt veluti a centro particulariter. At vero in diuina Trinitate, in qua Filius substantialiter est genitus; iuxta ipsarum proprietates simpliciter distinctæ sunt, quarũ quælibet illarum est eadem illa substantia, & illa seu in illa est proprie

Animati corporis propriũ est habere sensum.

Animæ vires & facultates ac potentia.

Opinio glosæ & Hostiesis reijcitur.

Homo meminit intelligit & diligit.

Tres diuinæ personæ non vnius Dei sũt sed vnus Deus.

Verbum est vis motiua quę cordi inest.

Sensus corporis in multis differunt inter se.

Corporis sensus vnã habẽt originẽ.

prie trium vnitas, trium perſonarũ, quæ inter ſe viciſſim diſtinctę ſunt, non potentiarum alicuius ſubſtantiæ ſeu ſubiecti neque actionum & operationum quales in anima eſſe & cernuntur, & intelliguntur, neque proprietatum vt in ſole, & igne ſecundum Ariſt. in lib. qui eſt de gen. & corrup. quæ Trinitates impropriè appellantur, ſed quaternitates ſi magis proprie illarum ſubſtantia, eſſentiaque conſideretur in ſubiecto ignis, & ſolis: In ſole enim radij ſunt multi, qui ad generationem corporum ſenſibilium ſatis conferunt, vt Ariſtoteles 2. phyſ. dixit, tamen vnum lumen ſunt, & vna ſubſtantia ipſius ſolis, radij vero qui a ſole procedunt effectus eius ſeu proprietates, ac vires ſunt ſolis, ſicuti memoria, intelligentia, & voluntas quæ mentis ſunt proprietates ſeu vires, vt dixit Magiſter ſentent. diſt. 1. & hoc ſi ita conſideres in quolibet indiuiduo, vt dixi, facile comperies in quo hæc tria ſubſtantia, qualitas, & quantitas conſiderantur, & ſunt in qualibet re. Præterea (vt modo etiam dixi) adeſt nimium parum, & mediocre, ſimiliq; ratione in huius modi genere rerũ inuenitur multitudo, ordo, imperfectio, atque connexio, in quibus tamen trium vnitas non exiſtit: & quãuis tria ſint in vna ſubſtantia vel in vno corpore aut in vno ſubiecto, vt plures arboris rami vni radici inhæreſcũt, ij quidem multi ſunt, ſed robur vnũ, & ſtipes vnus tenaci, impreſſæq; radici alte fundatus. Virtutes quoque ex vna charitate procreatæ, & membra in corporibus animantum exiſtunt, in quibus ſubſtantialis proprie non eſt generatio, neque trium vnitas, vt eſt in diuina Trinitate, in qua Filius, qui eſt ſubſtãtialiter genitus, eſt illa eadem integralis ſubſtantia, quæ eſt & Spiritus ſanctus, qui a Patre, & Filio eadem vnitatis coniũctioniſq; ratione procedit; Deus etiam eſt bonus, æternus, & immenſus, quãuis hæc nomina ſint adiectiua, Deoq; attributa, ſunt etiam eſſentialia maxime vt glo. dixit in c. damnamus §. nos vero ſacro approbante Concilio in verbo neq; genita. extra eo. tit. de ſumma Trinit. & tamen non hæc arguunt in Deo aliam Trinitatem, quod ſi ita eſſet, in diuinis darentur plures Trinitates, quarum multæ quoque eſſent in Filio, qui ſuas multas habet proprietates, vt ſymbolum ponit, cum dicit, & in perſonis proprietas: Et multæ in Spiritu ſancto, id quod nullo modo

Radij Solis ad gñationẽ corporũ ſenſibiliũ ſatis conferunt. Radij Solis vires Solis. Memoria, intelligẽtia, & voluntas mentis vires ſeu proprietates.

In quolibet indiuiduo ſbã qualitas & quantitas eſt.

Nouũ authoris exemplũ de ſum. Trinitate.

Quę requiratur vt Trinitas uere dicatur et triũ vnitas.

Bonus ęternus & immenſus in Deo ſunt nomina adiectiua ipſiq; attributa.

In diuinis vna ẽ Trinitas proprie

In Christo tres sbia. modo dicendũ est. Itẽ in Christo sunt tres substãtiæ diuinitatis. s. animæ, & corporis, in quo tamen Trinitas non est, quia non satis est tria esse in vna substãtia vel subiecto, sed supradicta cõcurrãt necesse est, ac etiã quòd eadẽ sit potentia, & vnitas ipsarũ, & qđ ijdẽ sint effectus, queadmodum sunt diuinarũ personarũ, quarũ verè magna est æqualitas vt August. dixit, & dixi quoque in illo capitulo de ęqualitate personarũ, quæ in creaturis non tanta est, neq; in omnibus, queadmodũ in diuinis personis esse videmus. Et quãuis in vno corpore varia membra cernamus contineri, & varios in Ecclesia fideles, nihilominus varia sunt fidelium dona, & vt Pauli vtar verbis alij datur sermo scientiæ, alij sapientiæ, & alij fides, & cętera huiusmodi; quæ diuersitas non datur in personis diuinis, & si ipsæ appropriata teneant, quum æquales sint, vt in c. de æqualitate personarum dixi, quarum tantum potest vna, quantum & ceteræ, & eadem est natura ipsarum, & voluntas: ob quam naturæ identitatem, & voluntatem fit illa trium vnitas, quæ Trinitas dicitur & appellatur, concurrentibus etiam supradictis, & alijs multis, quæ nobis nota non sunt propter magnum diuinæ naturæ arcanum: & sic differt in modo æquiparationis, qui in creaturis cõsiderari minime potest; nẽpe in creaturis illud quod procedit cernimus non idem esse cum eo, a quo procedit quẽdmodum in diuinis esse videmus. homo enim meminit, intelligit, & diligit, nó enim illa tria sunt homo, sed vnius hominis. In diuinis vero illæ tres personæ, etsi à diuina essentia non procedant, cum altera ipsarum sit illa eadẽ essentia, sed vna ab altera est genita, & altera a duabus illis procedit, non tamen vnius Dei, sed vnus Deus sunt, vt dixit quoque Magister sent. & Athan. in suo symb. Erit ergo cõclusio quod nulla alia reperitur verè & propriè Trinitas nisi illa diuina, vt etiã dixi in illo capitulo qui est de mysterio sanctissimæ Trinitatis. Caueant igitur qui de hac sanctissima Trinitate disserere volunt, ne illam similitudinibus adeo comparent, vt omnino illi similes esse existimẽt, aut æquales, quin potius sic arbitrẽtur in omnibus similitudinibus, quas ei adhibere student magnas existere dissimilitudines, nec quicquã summæ Trinitati conferri, cõparariuè posse, vt ita ẽt cũ Horatio poeta dicã poeticè tamen, Trinitate nil maius

Ad cõstituẽdã Trinitatẽ verã non satis est tria esse in vno subiecto.

Diuinarum personarum magna æqualitas.

Quõ trium vnitas.

Differt causa à causato in creaturis.

Nulla ppria Trinitas nisi diuina.

Sanctiss. Trinitati assimilari nihil potest.

gene-

generatur ipsa,nec uiget quidquam simile aut secundũ. id enim propè dixit Horatius per caliginẽ, quod nos de Trinitate dicimus firmiter credentes. nihil igitur summæ Trinitati comparari potest propter admirabile mysteriũ triũ diuinarũ personarũ Patris uidelicet & Filij à Patre geniti, & Spũs sancti ab utroq; procedẽtis,ut Athan. in suo symb.dixit,& cõis est etiã Theologorũ catholicorũ sententia.Habetur hoc ẽt & tractatur in c.fin.de cõsec.dist.3. omnia.n.sunt ualde alias dissimilia,& tantę maiestati difformia.nulla itaq; creaturarũ,quę Deo ęquiparari possit,neq; cuipiã rei cũ ipso similitudo intercedit,etsi hominẽ ad Dei imaginẽ & similitudinẽ factũ esse Genes.c.1.legatur,cum de impropria & impfecta Trinitatis similitudine loquatur, ut illa dictio, ad,propriè declarat,quæ non perfectionẽ,sed imperfectionẽ arguit, & demonstrat,quasi non ad perfectã sed ad imperfectã sanctiss.Trinitatis,& Dei imaginem & similitudinẽ homo factus sit, vt in illo capitulo,quomodo sit homo factus ad imaginẽ Dei declaratur; sed quidquid sit vestigium dicitur potius similitudinis aut ęmulationis tm̃ existere.Solus.n.Filius est plena Dei imago, & similitudo pp expressam in se Paternę claritudinis vnitatẽ, vt Ambr.dixit in sua homil.super Luc.c.22. & Propheta ĩ suo psal. 82.& 88.cum ait,Deus quis similis tibi? Huc ẽt accedit,vt ex ijs, quæ supra dicta sunt cõclusum est,qđ in diuina natura nõ est aliquo modo diuisa, seiunctaq; diuinitas, vt blasphemauit Arrius, neq; cõfusa est ipsa diuina Trinitas in vna persona, vt praua fuit Sabellij opinio, sed sine confusione coniuncta,vt Athan. cecinit in suo symb. atq; hæc est, vt supra dixi,quare triũ vnitas dicatur, quia vnitas est pp maiestatis cõionẽ,& tres pp personarũ ꝓprietates,duo videlicet mutuo se amantes Pater,& Filius, amor aũt, qui est eorũ nexus est Spũs sãctus,qui vt latius infra dicetur ante initia tẽporũ,& ante oĩa sæcula in illa ęterna, & sẽpiterna gloria producitur ex Patre & Filio. Vnde Dñus in Matth. c.11. ille me clarificabit,qui de meo accipiet;quãuis Gręci sed non recte existimauerunt,Spũm sanctum a Patre tantum procedere,vt glo.refert in c.1.de summa Trinit.ex.in ver.Gręcorum.nisi dixerimus, quod & tũc quando a Patre solum procedit,intelligant & ipsum in Filio permanere. Non est ex Filio tamquam ex se infundẽte,

Quare sanctiss. Trinit. cõparari nihil possit.

Creatura nulla est quę Deo assimilari ęquarique possit.

Hom. ad Dei imaginẽ ĩpropriè.

Dictio, ad, significat ĩmproprietatẽ.

Solus Filius ẽ plena Dei imago.

Homo vestigium potius.

Solus Filius ẽ plena Dei imago.

Arrij opinio reiecta.

Praua Sabellij opinio.

Quare dicatur triũ vnitas in diuinis.

Spũs sanctus amor est.

Gręci sed nõ recte existimarũt spiritũ sanctũ a Patre solum procedere.

Spūs sāctus tāq̄ ex vno principio a Pře & Filió procedit.

neq; ex Patre, & Filio tamquam ex duobus principijs, sed tamquam ab vno, vt in c. 1. in princ. de summa Trinit. in 6. Quia ex Patre procedit per Filium, & in Filio quiescit, Omnia enim, dixit Ioannes, per ipsum facta sunt; tamen omnia intelligēda sunt prout ego semper intellexi, & intelligo secūdum sacras scripturas, & catholicas traditiones. Itidem Spiritus sanctus qui a Patre, filioq; procedit per omnia æqualis est illis secūdum scilicet diuinitatem, secundum vero humanitatem, secundum quam secundo Filius a Patre producitur, nulla est æqualitas, sed in hoc

Q̄ differat filius a Patre.

discrepant Filius a Patre & Spiritu sancto quantum videlicet ad passiuam assumptionem humanitatis, quam neque Pater habet, neque Spiritus sanctus, de qua humanitate multa etiam dixi in illo cap. vtrū vna persona sit maior altera. Num autem ipsa sanctissima Trinitas fuerit de gloriosissima Virgine nata, alio in loco hanc quoque rem perstringam. Sed ne hoc aliud ignoretur, & aliqua dubitandi occasio de Spiritu sancto oriatur, animaduertendum est, & pro maiori quoque declaratione tenendum; quòd Pater est Spiritus & est sanctus, & Filius est quoque Spiritus & sanctus, prout & Spiritus sanctus quoque ipse & Spiritus est & sanctus, spiritum pro substantia incorporea, & immateria-

Q̄n Pr̄ dicat̄ Spūs & q̄n Filius & q̄n non.

li accipiēdo: Cum vero spiritum pro persona spirata accipimus, & per hoc quod dicimus Spiritus sanctus tāquam per vnum nomen eandem personam circumscribimus. Pater non dicitur Spi-

Spūs sancti operationes.

ritus, neque Filius, sed tantum Spiritus sanctus, qui est vtriusq; nexus, qui etiam infinitè operatur: implet enim ipse regit, agit, refrenat a malis, & a vitijs protegit, quod & Apostolis contigit, qui post Pētecosten non amplius, vt mortales mortaliter peccauerunt virtute sancti Spiritus; & multa alia facit, vt Augustinus in sua homil. super Matth. c. 12. declarat, habeturq; etiam & notatur in summa Theologiæ c. 9. Neque hic prætermittendum il-

Refelliť opinio Abbatis Ioachimi.

lud esse censeo, quòd Papa in c. damnamus refert, Abbatem Ioachimum dixisse; vnitatem scilicet in Trinitate non esse propriā,

Vna Ecclesia vnū cor multitudinis credentium est.

sed quasi collectiuam, seu similitudinariam iuxta illud populi exemplum, vt enim multi homines populum faciunt, sic multi fideles in vno simul spiritu congregati, & sub vno capite, ijsdēq; sacramentis, vna sunt Ecclesia, vt in actibus Apostolorū 4. Vna

enim

enim Ecclesia vnum cor multitudinis est credentium, cuius caput, & fundamentum est Christus, qui licet plures sint ac distincti, fide tamen & cultu vnum sunt, & vna tãtum Ecclesia, & qui adhæret Deo vnus est spiritus, Idẽ in lib. Regum, Populus meus, & populus tuus vnum sunt, vt in dicto c. damnamus. Nos vero ex Canonum decreto, ac sacro etiam approbante Concilio credimus, & confitemur vnam quamdam rem esse incomprehensibilem, & inextimabilem, quæ vere est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vt Papa dixit in dicto c. dãnamus §. nos vero. in glo. in ver. natura. eo. tit. Tres simul personæ, non tamen confusæ, neque a re ipsa separatæ seu distinctæ, quia distinctio est in personis tantum, vt Athanas. dixit in suo symbolo, neque vero collectæ, ne omnino illa diuina essentia denegetur, in qua proprie trium est vnitas, & verè Trinitas trium personarum, vbi vlterius nullum aliud est, nec minus: cum illarum quælibet sit illa eadẽ essentia, seu natura diuina, vt in eo. c. damnamus. in glo. in ver. natura eo. tit. Nec altera personarum pars Deitatis est, quia nulla fit partium in Deitatis vnitate diuisio, quæ omnes perfectiones simul, & semel indiuisibiliter continet, sed vnus est Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, idest ipsa Trinitas vnus est Deus, vt dixit Augustinus in lib. 3. contra Maximinum hæreticum, vt Athan. in suo symb. Sed interim antequam ad alia progrediar, hoc etiam constanti fide tenendum est, quod multo admirabilius est, vt antea dicebam, ab æterno fuisse, vt Athanasij symbolum declarat, & dicitur in 1. c. Ioannis, habeturq; & notatur etiam in primo c. de summa Trinit. ex. Quare Propheta psalmo suo secundo: Ego hodie genui te, dixit, idest in æternitate contra illud Abbatis Ioachimi negãtis Trinitatis vnitatem esse veram, & propriam, sed tantum collectiuam: quæ si collectiua esset, præterquam quòd illa diuina essentia denegaretur, vt supra dixi, nulla quoque esset earum personarũ connexio, & vnitas in vna substantia, & essentia, vt voluit Papa hic in eodem c. damnamus, atque vt communis Theologorum sententia est, neque vero ab æterno fuisset cõsiderato illo tempore collectionis. Itaque Augustinus in suo tractatu de fide ad Petrũ breuiter aperiens quomodo intelligenda sit, planissime docet inter ipsas diuinas

Caput Ecclesiæ est Christus.

Qui Deo adhæret vnus est spũs.

Sanctiss. Trinitas qd ex canonũ decreto.

Distinctio ĩ personis tantum est.

Nulla partium diuisio in vnitate Deitatis.

Vnitatẽ diuinã æternã

Rationes cõtra Abbatẽ Ioachinũ.

Theologorũ cõis opinio q Trinitatis vnitas ẽ vera & nõ collectiua.

Cõtra Arrij opinionẽ de æqualitate ꝑsonarũ Augustinus. *Notatur hic sũma æqualitas personarũ diuinarũ* *Pr̃ est in Filio & Spiritu sancto & Filius in Patre & Spũ sãcto et Spũs sãctus in vtroq;.* *S. Bernard. declarat scrutari pluralitatẽ ꝑsonarũ in vnitate essentiæ et vnitatẽ essẽtiæ in pluralitate personarũ esse temeritatem.* *Omnia apud Deũ possibilia sunt.* *Crediĩ sanctiss. Trinitas & nõ ꝓbaĩ rõnibus.* *Quare credit & nõ ꝓbaĩ rõnibus sanctiss. Trinitas.* *In sacramẽto vere est corpus Christi.* *Sanctiss. Trinitatis mysterium & ipsa sanctiss. Trinitas caret omni exẽplo*

uinas personas, quæ æquales sunt, cõtra Arrij opinionem, vt Papa refert 15. dist. c. 2. & in c. vlt. de consec. dist. 3. tantam reperiri æqualitatem, vt alia aliã æternitatis ratione non antecedat, neq; potestate superet, & omnipotentia, immo nõ esse maius aliquod, vel duo, vel omnes, quàm vnũ, nec minus aliquod, vel oẽs, quàm singulas, quin potius id quod magis est, Deum Patrem ipsum totum esse in Filio, & totum in Patre Filium, & Spiritum sanctũ in vtroq; totum, & singulum in singulis, vnde Dñus in Matth. c. Pater in me est, & ego in eo. Quod etiã aliud est mysterium sanctiss. Trinitatis, & omnium rerũ maxime mirabile, nec alibi inueniri, neq; veram reperiri aliã Trinitatẽ, vt vnde discessi reuertar, nisi diuinam, cuius mysteriũ considerare per quam arduũ ac difficile est, vt antea dicebam, sic vt nec verbis quidẽ Angelicis illud exprimi possit. Quare S. Bernardus, scrutari pluralitatem personarum in vnitate essentię, & vnitatem essentię in pluralitate personarum temeritas est, dixit. Quanto ergo maior temeritas est illã scrutari, affirmareq; in candela, vt Abbas voluit, & in cæteris rebus creatis, in quibus non insunt illæ virtutes, illa potẽtia, admirabilitas, mysterium, vis, facultas, & possibilitas, cũ omnia apud Deum esse possint. Credimus ergo sanctã Trinitatem, vt Leo Papa dixit in suis scripturis, & sanctus quoq; Bernardus asseruit nõ exemplis declaratam, non ratione probatam: si enim humana ratio præberet experimentum, non esset mirabile mysteriũ, & fides non haberet meritum, ut August. dixit in sua 3. epist. & Gregor. in suis homil. super Ioan. c. 2. & Papa in c. in domo. post princip. iuncta etiam ibi glo. in uerb. non deuitare. Quod si etiam exemplis demonstraretur non esset sola, nec singulare quid, ut idem August. testatus est. Neque uero mysterium diceretur, quemadmodum nos docemur ijs uerbis, incarnati uerbi mysteriũ, & sanctissimi Sacramenti arcanum, in quo uere est corpus Christi, tantum quantum fuit in Cruce, & quantum nunc est in cœlo, quamuis non sit sub modo, specieq; tanta quantitate conspicua. Quapropter hęc diuina omnia de quibus agitur propter magnum arcanum atq; mysterium ipsorum omni exemplo perfecte demonstrante carent, ut in illo c. de misterio sanctiss. Trinitatis apertissimè etiam demonstraui, nisi noua afferant, deducantq; ipsi, qui

noua-

nouarum Trinitatũ sunt auctores. hæc enim mysteria sensu percipi, naturaliq; ratione comprehendi non possunt: quis enim ex suo sensu dicere, ac uerbis consequi poterit, quomodo illa altissimi diuina uirtus, quæ neq; tractabilis, neq; aspectabilis est Mariam obũbrauerit, & tractabile corpus humanum generauerit, & produxerit? quis prȩterea suo ingenio, naturaliq; ratione demõstrare poterit matris Mariȩ uirginitatem ante partum, in partu, & post partũ, quȩ clausa peperit, & clauso ipsius virginis vtero Dominus exiuit? hic si ratio quæritur vtiq; non inuenitur; cum hæc diuina quidem mysteria eiusmodi sint, ut non humana scientia, non doctrina, prudẽtiaue, aut ratione ulla probẽtur, sed alia potius via, & alia mentis, ingeniiq; ratione excogitentur, sic ut rebus occultis in tali mysterio fides habeatur, ut meritum cõsequi ualeamus, si quidem ipsa diuina uirtus, ac maiestas nõ corporea, nec aspectabilis, neq; tractabilis, tractabile tamen corpus humanum, atque aspectabile generauit, & in lucem edidit, quod uidelicet ad discipulos clausis ianuis introiuit, & ꝙ in cõspectum per natiuitatem clauso Virginis vtero peruenit humanũ. Fide quoq; hȩc diuina probantur mysteria, per quam fidem uidẽtur, cognoscuntur, & intelliguntur: nisi enim credideritis non intelligetis. Isaias c. 7. dixit, non enim hoc fidem excedit dixit Ambros. in sua epistola ad Syricium Papam, quòd homo exiuit de Virgine, quãdo etiam petra profluxit, scaturiuitq; ferrum, & super aquas ambulauit homo: nam si hominem unda portauit, nonne potuit hominem uirgo generare? ut Ambros. dixit. Itaque cum ad illud sacrum arcanum sanctissimæ Trinitatis accedimus, abigatur procul omnino omnis terrenarum caligo rationum, & ab illuminato oculo fide, mundanæ sapientiæ fumus abscedat, & Trinitatem ipsam fide roboratam, atq; sacrarum scripturarum, quæ auctoritate uidelicet sanctæ matris Ecclesiæ probatæ sunt diuino testimonio confirmatam credamus, sicuti credere nostrum officium est, ac tenemur. quare Augustinus quod intelligimus debemus rationi, quod credimus debemus auctoritati. Titubabit autem fides si diuinarum scripturarum uacillat auctoritas, dixit idem August. in lib. 12. c. 24. de doctrina Christi, & S. Bernardus ait, sanctam Trinitatem credere pium est, sed in rebus

Mirabile misteriũ obumbrationis Virginis.

Virginitas Mariæ semper & ante partũ in partu & post partum.

Fides in istis diuinis occultis habenda est.

Diuina virtus incorporea corpus gñauit visibile & palpabile.

Christus introiuit clausis ianuis in vtero Virginis.

Diuina misteria fide probantur.

Fide sanctissima Trinitas creditur fuisse scripturis roborata.

Quòd crediũ authoritati debetur.

Titubat fides cũ diuinarum scripturarũ vacillat authoritas.

Piũ est sanctã Trinitatẽ credere.

creatis

Misteriũ sã ctiss. Trin. in rebus creatis considerari non potest.

creatis maxime inferioribus mysterium considerari non potest. nec aliud simile secundum videlicet naturam, & propriè, sed per ænigma potius, vt scriptum legitur, in lib. sancti Epiphanij Episcopi aduersus hęreses. & certo quodam modo, & metaphoricè magis, atque improprie in illis, illa diuina & increata Trinitas cognoscitur, & consideratur, quæ vna est & sola in diuinis, quæ in creaturis, quæ modo sunt, nunc per speculũ videtur atque cognoscitur. Vt apud Paulum legitur 1. Corint. c. 13. quia creaturæ Creatoris sunt speculum in præsenti, sed in futurũ Deus erit speculum creaturarum, in quo omnia videbimus, quæ ad gaudium nostrum pertinebunt. & sic per creaturas certo quodam modo quasi cognoscitur, & consideratur diuina Trinitas; non autem ipsæ propriè Trinitates sunt, & in ipsis propriè insunt, vt vere Trinitates dici, & appellari creatæ possint, quemadmodum in diuina inest substantia, vt Abbas, & alij nonnulli voluisse videntur cum dicunt summam dici & increatam Trinitatem, vt a creaturis distinguatur, & differat. id quod falsissimum esse comperi ex his, quæ supra dixi, cum per creaturas deueniatur ad cognitiouem quandam sanctissimæ Trinitatis solum, quę verè Trinitates creatæ dici non possunt, nec vera imago aut similitudo, sed potius vestigium diceretur, vt antea dixi, quia per eas solum deuenire intendimus ad quamdam cognitionem illius, quæ vera est, & sola, vt sequentia etiam demonstrant, cum aliud sit diuinitas ipsa & diuina natura essentiaque, in qua vere est trium vnitas, & aliud imago Trinitatis in creaturis, per quam imaginẽ seu vestigium cognoscimus, quantum scilicet humanæ rationi conuenit diuinam ipsam increatam Trinitatem, & aliud est etiã Trinitas res ipsa, & aliud imago Trinitatis in re alia, vt Genes. legitur quæ cognoscitur etiam per auditum verbum Dei, & per visum sacrarum scripturarum vt faciunt Theologi. Physici autẽ illam in creaturis contemplantur & speculantur, vt supra dixi; veteris enim memoriæ philosophi (ne a proposito iam instituto digrediar) vt habetur in physicis maxime in 8. lib. per rationes naturales, non aliter quàm per creaturas quæ nos ad Dei considerationem contemplationemq; perducunt, vt sanctus quoque Thomas dixit in sua summa par. 1. q. 32. & Apostolus Roman. 1.

Creatura Creatoris sit speculum in præsenti.

Per creaturas diuina Trinitas certo quodã mõ quasi cognoscitur & cõsideratur.

Contra Abbatis sequaciũ opinionẽ

Aliud est diuinitas ipsa, et aliud imago Trinitatis in creaturis.

Ex creaturis quõ cognoscatur diuina Trinitas & quàm cognitionem ex ipsis habeamus.

Theologi sãctiss. Trinitatẽ cognoscũt per auditum verbi Dei et per visum sacrarum scripturarum.

Philosophi per creaturas ad vnius Dei cognitionẽ deuenerunt.

ad vnius

ad vnius Dei cognitionem peruenerunt, quem primum principium uocabant, quaſi enim gradibus ſibi factis a rebus, quæ ſenſu percipiuntur ad eas, quæ intelligentia rationeque cõprehenduntur, perueniebant, quemadmodum noſtra procedit humana cognitio, vt egregius prædicator Paulus etiam nos docuit, qui inuiſibilia Dei a conſtitutione mundi per ea, quæ facta ſunt, intelligi voluit, ſecutus illud ſummi creatoris exemplum, quod nobis in veteri lege demonſtrauit, quo in loco omnia, quæ ibi præcipiuntur, & traduntur ſenſibilia ſunt corporeaque, & viſibilia, vel quæ ſub aſpectum veniunt ea gratia, vt per illa facilius ad ſpiritualia, & imperſcrutabilia myſteria perducamur, quaſi gradibus ſcalarum nobis factis ad ipſam cognoſcendam, & percipiendam, quemadmodum ab effectu ad cauſæ cognitionem deducimur, atq; ex actione corporis animi potentiam, virtutemque cognoſcimus. Sanctus enim Auguſtinus (quamuis nulla conueniens conſentaneaque ſimilitudo afferri poſſit eius rei, cuius imago non cernitur, vt Gomeſius quoque dixit in rubr. de conſtitutionibus in 6. maxime de rebus creatis, per quas perſonarum Trinitas in vnitate Deitatis intelligi poſſit, iuxta illud Dauidis pſal. ſuo 82. & 88: Deus quis ſimilis tibi? illam de igne ſimilitudinem in medium adduxit, non vt alteram oſtẽderet rei creatæ Trinitatem diuerſam ab illa diuina, quemad modum Abbas, & qui ab eo ſunt, re ad candelæ exemplum traducenda facile decepti fuerunt; namq; illa ſupra humani ingenij rationem eſt, ac ſenſu minime comprehenditur, quippe quæ vt Dominus dixit in Matth. c. 12. ſola diuina reuelatione cognoſci poteſt, vt in c. de myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis declaraui: Sed potius vt animus noſter ex his, quæ nouit, ſurgat, & conferat ſe ad incognita, quæ non nouit, vt ſcriptum reliquit Gregor. in ſua Homilia ſuper Matth. cap. 1. & ita quaſi mentis ratiocinatione, quæ ſua ipſius proprie eſt aſſequendo, non propter quid, ſed propter certam quandã æquiparationem, & certo quodam modo ſancta Trinitas demonſtratur ex proprietatibus præſertim ipſius ſcilicet ignis & operationibus, quæ tamen operationes magnæ ſunt in ſanctiſſi

Primũ principiũ Deus.

Inuiſibilia Dei per ea q̃ facta ſunt a conſtitutione mundi cognoſcuntur.

Omnia q̃ in veteri lege præcipiuntur & tradũtur ſenſibilia sũt.

Animi potẽtia ex actione corporis cognoſcitur.

Rei, quæ non videtur nulla conueniẽs ſimilitudo dari poteſt.

Deo nulla creatura aſſimilatur.

Decepti quõ Abbas et ſui ſequaces fuerunt qñ de creata Trinitate loquuti ſunt oſtenditur.

Sola diuina reuelatione ſanctiſſ Trinitas cognoſci poteſt.

Exempla de ſanctiſſ. Trinit. ponũtur vt animus noſter ex his q̃ nouit ſurgat ad incognita q̃ non nouit.

Sãctiſſ. Trinitas ſenſu non percipitũ neq; intellectu comprehenditur.

Operationes magnæ in sanctiss. Trinit. & infinitæ.

ma Trinitate, & magnam atque incredibilem admirationem habent, Propheta dicente in suo psalmo 74. & 108. mirabilia opera tua domine, & in plerisque alijs locis, & infinitę sunt; cuius infinitudinis ratio infinitum quid magis ostenderet, quàm Trinitatem, si infinitarum operationum, & proprietatum eiusdem sanctissimæ Trinitatis, vt Abbati, & ijs qui cum eo sunt, placuit, ratio haberetur, quod nullo modo est dicendum.

Nulli rei creatæ sanctiss. Trinitas comparatur.

Neque vero ista sanctissima Trinitas alicui rei creatę proprię comparanda est, cum illud mysterium tam inenarrabile, atque incomprehensibile, neque verbis exprimi, neque intellectu intelligi, neque sensu comprehendi, neque ratione demonstrari queat, Esaia dicente cap. 13. generationem eius quis enarrabit? Itaque de inuisibilibus, & omnibus quæ sub aspectum, & sensum non cadunt, non est quidquam affirmandum, tanto magis de hac sanctissima Trinitate non est quidquam asserendum,

Sciri nõ põt sanctiss. Trinitas sed tm̃ creditur & constanti fide tenetur.

quasi quod vere ac proprie sciri, ac percipi queat, sed quasi quod tantum credatur, & constanti fide teneatur, non autem sciatur, neque vlla ratione demonstretur: sic enim credendo homines fidei confirmantur, & corroborantur; quod enim homines ipsi oculis istis corporeis, & terrenis diuina mysteria videre non possunt, ne mirentur, quia nihilominus ea videbunt oculis mentis, quæ nunc corporis oculis non possunt, si mundi

Beati mũd. corde qm̃ ipsi Deum videbunt.

corde fuerint, si nitidam animam habuerint, ipso dicente, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. cuius visionis explicandæ quia nunc non datur occasio, haud ab re fuerit si aliqua in suo quodam proprio ac præcipuo capitulo pro maiori etiam declaratione sanctissimæ Trinitatis breuiter attigero. Nunc vero quidquid supererit de sermone sanstissimæ

Quare summa dicat. sanctiss. Trinit. Refellitũ opinio Abbatis et sequaciũ. A sanctiss. Trini. cuncta procedunt. Deus omnium principium.

Trinitatis, quantum ad rubricam istam spectabit, & quare summa dicatur prosequar. Summa itaque ista sanctissima Trinitas dicitur idest maior, & maxima, non vt Abbas censet, & alij qui ab ipso sunt ea gratia, vt cęteræ creatæ Trinitates ab ea distinguantur, atque itidem aliæ species sint, sed quia ab ipsa cuncta procedunt vulg. l. 2. C. de vet. iur. enucl. quæ nec est sub genere, cum Deus qui est fons & principium omnium, vt Philosophus ait, quem etiam commemorat Abbas in hac rubr. nu. 1.

neque

neque genere comprehendatur, neque sub diffinitionem cadat, vt à Syriano quoque in Metaphoricis affirmatur. Deus enim omni genere prædicamentorum excluditur, neque Deus demõstrationi subijcitur, cum ipse omne genus transcendat, neq; in aliqua substantia sit ipsa sanctissima Trinitas, quasi scilicet accidens, & attributum in subiecto. Quin etiam omnes alias substãtias mente præditas, & intelligentias omnes ipsa sanctissima Trinitas antecedit, & transcendit, vt Azoni etiam placuit hic in sua summa, & recte ibi & sine dubio maxima est omnium rerum, cũ ab ipsa cuncta procedant, vt in d. l. 2. & in c. 1. huius tituli; atque etiam hoc idem voluit Hostiensis hic in sua etiam summa cum dicit, Trinitatem summam dici, idest omnium rerum maximam & excellentissimam esse, ad eius supremam excellentiã exprimendam, & declarandam, non distinguendam, simili atq; eadem ratione cũ summus Deus dicitur, illud nomen summus, non ponitur ad differentiam aut distinctionem vllam constituẽdam, neque ad demonstrandum alios quoque Deos esse, & multos reperiri, qui summi non sunt, cum non sit nisi vnus, & verus, & solus Deus, qui summus est, & magnus appellatur. Quare Propheta magnus es tu, & faciens mirabilia tu es Deus solus. Sed ad demonstrandum supra omnia, quæ sunt, eius præstantiã eius maiestatem, & celsitudinem, positum videtur. Nunc deinceps antequam aliorum verborum rubr. interpretationem faciam, quia, vt antea dicebam, productus est filius primo ab ęterno secundum diuinitatem, secundo temporaliter secundum humanitatem, ne hoc quoque silentio prætermittam, vt antea promisi, scire maxime huic diuinæ doctrinæ consentaneũ est secundum eamdem humanitatẽ ipsam eãdem Trinitatẽ de Maria virgine nõ fuisse progenitã, neq; natã, sed tantũmodo filiũ, quãuis opera sanctiss. Trinitatis separari ac distingui inter se nõ possint, atq; etiã indistincte sanctiss. Trinit. personæ operẽtur, & inseparabiliter, vt not. glo. in c. 1. §. & tandẽ. in ver. a tota Trinitate. eo. tit. nostro. Nõ enim solum de Maria virgine solus natus est, sed solus etiã sub Põtio Pilato est cruci affixus, & solus passus, cõtra illos qui dicebãt Patrẽ esse cũ Filio passum ex quo Patripassiani appellati sunt, de quibus alibi, vbi de articulis fidei sermo erit, latius

Deus nõ est sub gñe neq; sub diffinitione cadit.

Opinio Azonis cõfirmat̃ & Hostiẽsis quoque.

Sũmus verbum cum de Deo dicitur non ponit̃ ad differẽtiam et distinctionem aliquã cõstituẽdã.

Trinitas sãctiss. secũdũ humanitatẽ de Virgine nõ ẽ progenita neq; nata.

Opera sanctis. Trin. nõ distinguunt̃.

Christus filius solus de Maria virgine natus ẽ solus passus cõtra illos q Patripassiani appellati sunt solus ẽt mortuus solus sepultus & solus tertia die resurrexit et in cęlũ ascẽdit.

Incarnationis actus fuit a tota Trinitate explicatus & ad instituendũ illũ actũ oẽs diuinæ pſonę æqualiter cõcurrerunt et oẽs uestierũt tñ ſolus filius remãſit veſtitus.

Sācta & benedicta incarnatio a tota Trinitate indiuiſe efficiẽterq; ẽ effecta.

Plures eſſe filios in diuinitate nõ cõuenit.

latius differetur; ſolus etiam mortuus eſt, ſolus ſepultus, & ſolus tertia die reſurrexit, & in cœlum aſcendit. Actus enim incarnationis fuit a tota Trinitate explicatus, vt in primo c. huius tituli dicitur in §. & tandem vnigenitus Dei Filius. & ad instituendum illum actum omnes diuinæ perſonæ æqualiter concurrerunt, & omnes veſtierunt, vnus tamen ſolus remanſit veſtitus videlicet filius, vt ex dicto c. fin. de conſecr. diſtin. 3. colligitur. Sancta iſta & benedicta incarnatio a tota Trinitate indiuiſe, efficienterque eſt effecta, licet ad ſolam perſonam verbi ſit terminata, quia filius in quantum homo a tota Trinitate dicitur miſſus, quod eſt aliud magnum myſterium, & arcanum. Et non remãſit Pater veſtitus, ne idem Pater & Filius eſſent. neque enim conueniens erat plures eſſe filios, vnum videlicet in diuinitate, & alterum in humanitate. Sic neque Spiritus ſanctus humana carne remanſit veſtitus ſed ſolus Filius in duabus ſubſtantijs nõ confuſis, neque immiſtis, quemadmodum Timothegiani dicebant, ſed ex ſocietate Trinitate facta. Reconciliati enim ſumus per ſolum Filium ſecundum carnem, ſed non ſoli Filio ſecundũ deitatem dixit Auguſtinus de fide ad Petrum. Sed quis ipſum

Abbatis exẽplum reijciĩ.

veſtierit, quamuis Abbas hic num. 2. exemplum deducat, quod ego non multũ approbo. & quomodo ſolus veſtitus remanſerit, cum inſeparabiliter illæ ſanctiſſimæ perſonæ operentur, ille dicat, qui ſolus ſolum Filium genuit, vel qui ſolus à ſolo Patre & filio proceſſit. hæc enim miræ virtutis opera ſunt, quæ neque ingenio attingere, neque explicare oratione quiſquam exactè poteſt, pręter Deum, cuius etiam opera exiſtunt. Quis enim eſt, qui in ſpecie Columbæ ſuper Ieſum ſolus deſcendit, niſi Spiritusſanctus? vt in Mattheo c. 3. legitur. Quis etiam eſt, qui de cęlo dixit, hic eſt filius meus dilectus, cum baptizatus eſt Filius à Ioanne? aut quando vox ſonuit de cęlo dicens, Clarificaui, atque iterum clarificabo niſi Pater? vt dicitur in Euang. Ioan. cap. 2. Atq; hæc omnia ſingulis literis conſignata habentur, & notantur in d. cap. omnes quos, de Conſec. diſtin. 3. & hæc eſt fides catholica, vt Auguſt. dixit in ſuo primo lib. c. 4. de Trinit. hæc etiam myſteria ſunt, & ſecreta ſanctiſſimæ Trinitatis, quę ratione hac noſtra perquiri, & inueſtigari non poſſunt, ſed fide duntaxat indagantur,

Myſteria ſãctiſſ. Trinit. humana rõne cõprehendi nõ poſſunt.

tur,& cognoſcuntur,& à Spirituſancto reuelantur,vt ſupra dicebam; Theologi tamen, & qui in ſacris literis doctiſſimi ſunt, & magnum in eis vſum habent,quia hunc locum ſubtiliter tractãt, & præſertim Auguſt.ſubtilis eccleſiæ doctor, vt paucis rem abſoluam. Aliquas eſſe dixerunt ſanctiſſimæ Trinitatis operationes,& actiones,quæ extrinſecus conſiderantur,& intelliguntur, quæ indiſcretæ, & indiſtinctæ ſunt & qua ſeparari non poſſunt, vt de conſecr.diſt.5. c. Saluator. quia Pater non regnauit ſine filio, & Spirituſancto, nec Filius ſine Patre, & Spirituſancto, nec Spiritus ſanctus ſine vtroque, tamẽ officia regiminũ ſunt diſtincta, ait enim Dominus in Ioan.c.6. Pater meus vſque modo operatur,& ego operor. Item non poteſt Filius à ſe facere quidquã, niſi viderit Patrem facientem,quęcumque enim ille fecerit, hęc & Filius ſimiliter faciet. Pater enim diligit Filium,& omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit, ſicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit Filio habere vitam in ſemetipſo, & poteſtatẽ dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis eſt dixit Ioannes cap.6. De Spiritu ſancto habetur in eiuſdem Ioan.c.14. quando dicit, Cum venerit Spiritus ſanctus, quẽ mittet Pater in nomine meo ille vos docebit. Nonnullas eſſe operationes alias, quæ interiores ſunt intuſque permanent, quęque in cõtemplationem, & intelligentiam cadunt,& ſeparari poſſunt, vt dicitur in ſumma Theolog.c.8.Id autem quidquid ſit, hic diſputandi nõ eſt locus; ſed illud tantum ego ſentio, quod & cęteri catholici ſacrarum literarum interpretes ſenſerunt, & præſertim Auguſtinus in ſuo lib.de Trinitate de qua nunc vlterius inquirere peruerſa magis (vt ita dicã) curioſitas eſſet, vt S.Bernardus dixit in eo ſermone, quem de Trinitate cõſcripſit; ſed credere & tenere ſicut Sancta mater Eccleſia tenet, fides & ſecuritas eſt, aliàs vt hęretici iudicarentur dixit glo. in ver. docuit de ſumma Trinit.in 6. Noſcere vero eam, & videre felicitas maxima eſt.

Diſtinctio operationum S.Trinitatis

Non poteſt Filius a ſe quicquã facere niſi viderit Patrẽ facientem.

Operationes Interiores quæ ſint.

Securitas maxima eſt credere et tenere S. Trinitatem ſicuti Sancta mater Eccleſia tenet & credit.

Sequitur deinceps rubrica, & de fide Catholica: De hac dictione,&, neq; multa loquar, quia vulgaris eſt illius declaratio, atque expoſitio,quæ etiam poni quandoque ſolet inter diuerſa, vul.l.Titia textores.ff.de leg.1. quemadmodũ hic ponitur, quia aliud eſt cauſa, & aliud effectus, qui à cauſa oritur, diuerſaque

Differt cauſa ab effectu & diuerſa ã.

cauſa

causa est a suo causato. namque sanctissima Trinitas, a qua omnia procedunt vt in d. l. 1. C. de vet. iur. enucl. est causa fidei, & ab ipsa quæ sceptrum est orthodoxæ fidei ista sanctissima fides catholica procedit, vt Athanasius in suo symb. in princ. dixit, & ideo ponitur illa dictio, &, tamquam inter diuersa ad ea simul copulanda & coniungenda, & ad demonstrandum quemadmodum in hac quoque rubrica de duobus coniunctè agẽdum sit, de summa scilicet Trinitate primum, cum ab ea fides tota pẽdeat & procedat. Deinde simul in eodem titulo de ipsa diuina & catholica fide dicit, sicuti etiam dicitur de iustitia prius, & consequenter in eo de iure, cum a iustitia ius ipsum oriatur, & pendeat, vt in titulo de iust. & iur. ff. & in instit. & de ipsa fide dicit, quæ diuina est, & catholica, in qua fuit Ecclesia desponsata, quæ vna est, vt in Clement. 1. in princip. cuius vere Christus est caput, vt infra de sacr. vnct. c. fin. de qua deinceps erit dicendum.

Sanctiss. Trinitas sceptrũ & orthodoxæ fidei.

Dictio et ponitur inter diuersa & est copulatiua diuersorum.

Ecclesia in fide catholica fuit desponsata.

Fides itaque (vt diuinæ fidei, de qua in hac rubrica agitur, facilior sit interpretatio) animaduertendum est, vt Abbas refert in princip. istius rubr. in ver. item adijcit, quod simpliciter sumi potest, seu generaliter, & tunc secundum ethimologiam, & vim nominis sui dicta est, eo quod fiat, quod dictum est: vnde Cic. 1. lib. offic. fides, inquit, est dictorum, & conuentorum constantia, dicta quod fiat, quod dictum est. Id quod & in humanis, & in diuinis dici potest. In diuinis, quia omnino fiet, quod Prophetæ prædixerunt, & quod Christus Saluator, ac redemptor mundi sermone suo pronũciauit, & promisit, quod firma spe cõcepimus. In humanis, quia, nisi fides data seruaretur, presertim in rebus iustis, honestisque, sublata quasi esset societas omnis generis humani. Fides tamen humana, & diuina inter se distinctionem habent; quod diuina ea complectitur, quę ad æternam animæ salutem pertinent, humana pactis conuentis, & contractibus hominum præest, & actionũ humanarum fides regina dicitur. Inhæret etiam fides, atq; nititur auctoritati dicentis, & reuelantis, quę etiã humana est, & diuina. Et hac de causa Papa in hac rubr. catholica verbũ adiũxit, & sic, vt Abb. dixit, ad restringẽdũ illud fidei verbum, vel potius ad demõstrandum quemadmodũ primo insti-

Fides simpliciter sumi potest seu generaliter.

Distinctio diuinæ fidei et humanæ.

Quare Catholica verbum in rub. ista fuit positum.

instituerit, & intenderit tam in rubro, quàm in nigro de ipsa fide catholica agere velle, tum de diuina, tum de materiali, quæ in his quæ creduntur consistit, vt colligitur ex cap. 1. istius tituli, & omnino, atque per totum, non autem de humana fide. Nihil enim aliud in hac Rubrica & suo nigro dicitur, neq; de re vlla alia agere instituit, nisi de diuinis principaliter, vt cōmuni cōsensu dixerūnt Doct. in istius, & subsequentis rubricæ serie. Vt quilibet etiam videre potest, si rubrum, & nigrum aspexerit quis. In oratione deinceps consequenti similiter de humanis sacrisque agetur, & præcepta tradentur, quæ ad ea cognoscenda, & conseruanda pertinere videntur. Atque hæc est vera ratio; quamobrem verbum illud, catholica, in hac rubrica adiunctum fuerit, vt Abb. declarauit. Intelligendum est etiam, fidem simpliciter sumptam multis modis dici posse, aliquando enim pro constantia ponitur, vt idem Cic. primo lib. offic. & aliquando pro promissione de futuro, vt in §. vendite instit. de rer. diuis. & in c. 1. ext. de sponsa duorum, & 27. quæst. 2. c. final. quo in loco dicitur, duobus modis dici fidem, pactionis scilicet, & consensus. Nonnumquam fides etiam sponsionem dicit, vt Cicero pro Lentulo, Pompei fides quam de me Cęsari dederat. Sæpe etiam pactum appellatur. & tunc etiam hosti seruanda esset, 23. quæst. 1. c. noli. & Doct. in l. j. ff. de pact. & in l. 1. de constitu. pecu. Accipitur etiam fides pro fidelitate quandoque; vt in tit. de leg. & fidecom. & pro credulitate etiam, seu facilitate ad credendum, secundum quam dicitur quis bonę fidei possessor, & secundum quam id credimus, quod non videmus. Atque probationem aliquando significat, vt in tit. de fide instrum. Nonnumquam etiam implorationis est, & pro auxilio ponitur, vt apud Iuuenalem, Nos hominum, diuumque fidem clamore ciemus. & illud Comici proh Deum atque hominum fidem. Est etiam cum creditum demonstrat, seu collectionem nominum, & creditorum; Et varijs alijs modis fides accipi solet, vt refert glos. in hac rubrica in princ. & Ioan. And. in hac eadem rubrica; quæ nonnumquam etiam propositum, consilium, seu mentis institutum demonstrat, vt in contractu uel extra; in re etiam alterius contrahentis; vel non ad il-

Fides alia materialis & quæ.

De diuinis principaliter in hac rubr. tractatur.

Fides simpliciter sumpta multis modis dici pōt.

Mala fides quæ. *Bona fides quæ.* *Fides alia diuina & alia humana.* *Fides humana bona tantum fides appellatur.* *Hic tractatur de diuina & catholica fide.* *Fidei uirtute speramus.* *Fideles vocãtur qui in Christo baptizantur.* *Fides catholica diuersis modis dici potest.*

lud decipiendum, quæ tunc mala fides dicitur, vnde etiam bona fide agere dicitur, quòd sine malo dolo agi interpretamur. Itaq; fides alia diuina est & alia humana. Humana autem duplex erit, bona scilicet & mala, vt in tit. de pręscrip. ff. & C. per totũ de qua nunc non loquor, & si fides mala, humana fides proprie non sit appellanda, sed fides humana bona tantũ fides appellanda est, sed de illa diuina, & catholica fide dicam, quæ semper bona est & nunquam mala. Cuius fidei opera, uirtuteq; speramus, quia credimus quod non uidemus iuxta illud Apostol. ad Roman. 8. quod videt quis, quid speret, vt refert etiam glos. in hac præsenti rubrica in princip. per quam etiam fideles uocantur, qui in Christo baptizantur, cuius uerè ipse est caput, ut supra dixi. & ista etiam diuersis modis dici potest, ut in c. primo in fin. de sacr. vnct. & in c. ueniens de presbyt. non bapt. Aliquando etiam fidei actus fides appellatur, quia vt Augustinus dixit, fides est credere quod non uides. Et quandoq; etiam facilitas ad credendum pro fide accipitur, iuxta illud Saluatoris nostri. Non inueni tantam fidem in Israel, ut legitur Matth. c. 8. & quandoque pro obseruatione fidei ut Prouerbiorum c. 20. Virum fidelem quis inueniet; Nec non etiam specialis deuotio fidei, fides nuncupatur, ut Matth. c. 15. Mulier magna est fides tua. Aliquãdo etiam fidei articulus, vel collectio articulorum, fides appellatur, vt in hoc eo. tit. & in symbolo Apostolorum ac Nycęni demonstratur, vt Athanasius quoque declarat in suo symbolo, cum ijs uerbis utitur, fides autem catholica hæc est. Quandoq; etiam fides accipitur pro fidei sacramento, & aliquando pro habitu mentis, ut de consecr. dist. 4. c. Nihil. Nonnunquam etiam pro castitate, ut 28. q. 1. c. caue. & 27. q. 2. c. coniuges. Sæpe etiã ẽ cum uita æterna fides dicitur, eò quòd ipsa fides uia quædam est ad uitam æternam. Quandoq; fides communis concordia, vnitasq; dicitur, per quam fidem omnes fideles grex vnus fiunt sub vno pastore, sic enim ait Vgo de Sancto Victore, qui per fidem, communem concordiam, atque vnitatem accipiendam existimat, & per charitatem viuificationem; ex qua re etiam duplicẽ vnitatem esse demonstrat. vnam, quę fit per charitatẽ, per quam, tamquam per iuncturas membra iunguntur, vt capiti suo scilicet

Vnitas duplex. *Vnitas alia per charitatem.*

Christo

Christo cohæreant & per quam constituitur corpus illud, quod dicitur esse sine macula. Et hoc modo ciuitas Ecclesiæ consistit in vnitate caritatis, qua membra mutuò se diligunt, & Deum. Alia vnitas est, quæ fit per fidem, vt modo dixi, & alijs diuersis modis dici potest, de quibus Hostien. etiam in sua summa de fide catholica num.1.& in c.mouet 22.q.1.vbi uide omnino glos. in verbo, neque. *Vnitas alia fit per fidē.* Fides diuina, & catholica, vt de ea diffusa, habeatur oratio, quamuis in se vna sit, & sola, tamen ad similitudinem etiam fidei generaliter sumptæ, quæ diuina est & humana, dupliciter consideratur. Primo pro ea, qua creditur, & tunc virtus est, qua scilicet operante, atq; efficiente credimus, idest constanter, & firmiter assentimus ijs, quæ a Deo reuelata sunt, de qua Paulus verba facit ad Hebręos c.11.est enim virtutis, & laudis, & pietatis credere Deo in his rebus, quas sensus, vel ratio dissuadere videtur, vt credidit Abraham de quo legitur Rom.4. *Dupliciter cōsideratur fides diuina* *Deo credere virtutis est & quando.* Secundo fides materialiter accipitur, pro his quæ creduntur, de qua Athanas. in suo symbolo plane loquitur, in quo multis recitatis, quę credenda sunt, hæc verba subijcit, hæc est fides catholica, quorum verborum hæc sententia est. hæc sunt, quæ credi ius, fasq; est, & quæ non credi nephas. hæc itidem sunt, quæ a fidelibus percipi, ac teneri debent. & hoc modo accipitur in rubrica ista fides, quæ hoc modo sumpta, non est propterea virtus, & ab ea differt, quia vt Augustinus dixit, aliud sunt ea, quæ creduntur, & aliud fides qua creditur. Illa enim est in rebus, quæ vel esse vel fuisse, vel futura esse creduntur. Hæc autem fidei virtus in credentis animo consistit, de qua deinceps dicendum erit. *Quando fides materialiter accipiatur.* *Quę sint q̄ a fidelibus credi debent et teneri.* *Q̄m̄o in hac rubri. fides accipiatur.* *Fidei virtus in credētis animo cō sistit.* Atque hæc secunda diuisio fidei est. quæ tertio etiam modo diuidi potest, vt refert etiam glos. hic in rubrica, quoniam alia dicitur fides viua, seu formata, de qua Paulus ad Hebr.c.11. vnde vt hic glos.dicit, fideles perfecti dicuntur quicunque in illius fidei virtutem sacro baptismatis fonte perfunduntur, & alleg. tex. in c.si qui apud. de consecr. distin.4. quæ caritate formata dicitur, & tunc definitur, vt sit qualitas, qua quis credit, quod diligit, alia fides informis dicitur, quę etiam in duas distribuitur quodammodo species scilicet in mortuã, & vt ita dicam semimortuam. *Tertia diuisio fidei.* *Fides viua seu formata quæ.* *Fideles perfecti qui.* *Diffinitio fidei.* *Fides informis in duas diuidit̄ spēs.* Semimortuam fidem eam volunt esse, quæ est in *Semimortua fides q̄ sit & eadē ē cumero cū fide viua.*

peccatore, & in homine iniusto quæ quamuis eadem sit numero cum illa quæ erat formata, & viua, tamen, quia caret dilectione, & charitate, & consequenter spiritu, vt Iacobus dixit in secunda sua epistola, mortua certo quodã modo dicitur, idest inanis atq; otiosa, nuda, & inefficax, vt idem Iacobus dixit in eadẽ 2. epist. quia tunc meritoriè operari non potest. In quantum vero habet formam interiorem, & certo quodam modo operari potest, quãuis non meritoriè, vt montes transferre, credere Deũ idcirco nõ mortua omnino dicitur, sed potius semimortua, vt Vigue. etiam voluit in suis inst. de gratia fidei c. de diuisione fidei Theologicæ. ea gratia, quòd apta etiam idoneaq; est ad capiẽdam formã, & peccatorem instituere, idoneumq; ipsum, atq; efficacem charitate adueniente reddere ad bene agendum, & operandum, vt quandò ope diuinæ misericordiæ restituitur peccatori gratia simul & charitas, nam tũc eadẽ fides est, quę sine forma erat, idest sinè dilectione, & charitate; adueniente dilectione, & charitate formã accipit, atq; efficax iam esse incipit ad bene operãdum, & ista fides est, quam semimortuam vocãt, quæ per gratiam postea vitam pristinam ac spiritum recipit. Quæ res tamen in dãnatos, & dæmones non cadit, neque eis conuenit, quòd illorũ omnino mortua esse dicitur, vt idem Paulus dixit, in quibus propriè nec fides est, quãuis & credant, vt Io. Andr. quoq; voluisse videtur in hac rubr. in glos. ibi, dęmones. Sed pura magis & simplex, ac sola quædam credulitas, de qua idem Vigu. in suis instit. de virtute fidei c. de habente fidem. quo in loco declaratur qui sint, qui fidẽ habere dicantur, & qui non. quorum credulitas nil potest operari, quia dæmones sunt, & perpetuò Dei iudicio damnati, de qua dæmonis credulitate latè infra copioseq; dicetur. Ex his igitur rebus sic expositis illud habetur, & intelligitur, fidẽ infusam in natura dæmonum, & damnatorum acceptã, in quibus amplius reuiuiscere non potest, quia nihil operatur, & penitus inefficax, infructuosaq; est, mortuam dici, ac deperditã, ꝙ in ipsis vere amplius non residet neq; radices agit; & ita in natura ipsorum fidẽ penitus perijsse dicendum est. Aliam quoque fidem esse quibusdam placet, videlicet verborum ipsorũ quibus interpositis fides datur, & accipitur, & creditur quod non videtur. Aliam quoque fidem

Quãdo mortua fides dicatur.
Fides mortua meritoriè non operatur.
Fides semimortua idonea est ad capiendum formam.
Quãdo fides dicatur informis.
Quõ fides semimortua vitam recipiat ac spiritum.
In dãnatis fides omnino & intotum mortua est.
In dæmone et damnatis est sola quædã credulitas nõ fides.
Qui sint qui fidẽ habere dicantur.
In dæmone et damnatis fides ãplius nõ reuiuiscit.
Alia ẽ fides uerborum et quæ.
Rerũ fides q̃

fidem rerum esse volunt, cuius interuentu in æternum, quod nũc credimus obtinemus. ita Beda in exposit. Pauli ad Rom. c. 1. Quũ autem beati sunt in patria cælesti, non amplius fidem habere dicuntur, quia tunc clara luce fruuntur, quæ fidei repugnat, sed agnitionem habent, vt Gregorius censet in sua homil. in Euang. Ioan. c. 20. Quæ agnitio tamen non est plena diuinitatis, & Dei scientia, sed certa quædam de Deo cognitio, quam habet mens humana soluta corporis huius vinculis, & compage. Nam Deus, & diuinitas ipsa talis qualis ipsa est, nec videri, nec cognosci ab vlla creatura potest, sed eo modo cognoscitur, & videtur, quomodo videlicet & quo visionis genere creaturis cõpetere æquũ est. Ipsę enim creaturæ nõ habent nisi quandam agnitionem rerum diuinarum, vt Gregorius asserit in supradicta homilia. Sed vt aliqua nunc etiam de illa dæmonum credulitate, & quid illa sit loquar. illud maxime cognoscendum est, dæmones ipsos & credere, & Christum esse scire, atque eius nomen valde horrescere, vt Papa refert in c. si enim de pænit. distinct. 2. quippe cuius audito fugam faciunt, atque eorum corpora, quæ ingressa sunt, deserunt exorcizata per Christum. Christum itaque dæmones esse sciunt, non tamen in ipsum credunt teste Augustino de verbo Domini serm. 61. Illud autem multum differt credere Christum, & credere in Christũ qui locus tamen apud nonnullos obscuritatẽ habet, quæ si rectè consideres, nulla est. Quia ipsum esse Christũ dæmones quoq; credunt, non tamen in Christum. Ille enim credit in Christum, qui & sperat in Christum, & illum diligit ex toto animo, atq; ex tota mente sua, vt nos Christiani facere debemus, atq; vt hac fide, legeq; tenemur. Credo Antoninum Cæsarem esse, & Rom. reip. imperiũ gerere. tamen nihil est quod sperem, quod expectẽ boni ab ipso vel quod sperem me ab eo aliquam esse dignitatem cõsecuturum, immo potius odio habeo, & persequor vt tyrannum. Quæ res longe secus se habet apud nos Christianos, qui & Christum esse credimus, & qui in ipso omnem salutis nostræ spem positam habemus, & qui illum toto ex animo, ac tota mente diligere, & vt verũ Deũ adorare non desistimus, ac vitã sæpe, & sanguinẽ pro fide profundimus. Has autẽ virtutes tres, ac tria optima bona habet in se, atq;

Beati qñ sũt in patria cælesti nõ amplius fidẽ habent.
Fidei repugnat clara lucis fruitio.
Beati in patria agnitionem habẽt.
Beatorũ agnitio nõ est Dei sciẽtia.
Deus & diuinitas, talis qualis ipsa est nec videri neq; ab vlla creatura cognosci potest.
De dæmonũ credulitate.
Dæmones credunt & Christũ esse sciunt.
Fugam faciunt dæmones & corpora ingressa deserũt cũ Christi nomẽ audiũt.
Christũ dæmones esse sciunt & in Christũ non credunt.
Differentia inter credere Christum et credere in Christum.
Dæmones credunt esse Christũ sed nõ credunt in Christũ.
Qui dicantur credere in Christũ.

Viua fides tres hēt virtutes atq; cōplectitur.

complectitur viua fides, salutaris Dei cognitionem, fiduciam, & amorem in Deum cognitum. nam si fidem habet quis sine spe, & sine dilectione, is Christum credit, sed non in Christum, sicut dæmon facit, qui cognoscit Christum filium Dei esse, vt 37. distinct. cap. si quid veri. non autem credit in Christum, sicut & damnati scelerum a iudice, ipsum iudicem credunt, & sciunt esse, tamen in ipsum non credunt, quia nihil boni sperant ab eo sibi, nisi supplicium. Ita dæmon Christum credit, sed non credit in Christum. Iacobus dixit, ipse dæmon credit, & contremiscit etiam, quia non ex fide facit, neque ex pio animi affectu, qui in fide requiritur, vt in ipsum credat, & speret, sed

Magna est intellectus dæmonū ꝑspicacitas.

ex perspicacitate, quæ summa est intellectus suus naturalis, atque ex perspicuis, & euidentibus signis, quæ omnem naturæ facultatem excedunt, in testimonium doctrinæ Christi adhibitis, necessitate compellitur, cogiturque assentire firmiter, & credere Christum, & doctrinam Christi, Apostolorum, ac ecclesiæ

Displicēt dæmonibus res quas Ecclesia docet.

Dæmonum malitia qa credūt in aliquo nō minuitur.

esse a Deo, & si ipse res, quas Ecclesia docet, non videat, ac sibi valde displiceant illa signa adeo perspicua, & euidentia, vt credere ipsum impellant, & hac de causa illius malitia, & improbitas ex hoc quòd credit, in aliquo non minuitur, sicut etiam in damnatis, in quibus vt dicit Augustinus magis potest esse fides informis, quàm spes non tamen re ipsa est fides ipsa informis, sed dicit potest esse quam idem Paulus fidem mortuam appel-

Qui nihil credūt peiores sunt quā dæmones.

Fides informis differt ab illa formata & viua.

lauit, vt ab ijs differant, & distinguantur, qui nihil credunt, & isti peiores sunt, quàm dæmones, & tardiores, vt Augustinus in lib. 10. de Caritate dicit. & illa fides informis seu mortua, multum differt ab illa formata, & viua, qua credimus, & quæ per dilectionem operatur quæ vera fides est, vt de pœnit. dist. 2. in c. firmum Dei firmamentum; De qua etiam Paulus 11. c. scripsit, vti dictum est. Quæ qualis sit, & qualiter capiatur, & quomodo definiatur, seu describatur, multorum opinionibus reci-

Diffinitio fidei viuæ S. Pauli seu descriptio.

Diffinitio fidei sm̄ ordinē doctrinæ.

tatis deinceps dicendum videtur. Fides igitur qua credimus, & quæ per dilectionem operatur secundū Apostolum c. 11. ad Hebræos, est substantia sperandarum rerum argumento non apparentium. Sed vt aliquo ordine, ac ratione doctrinæ loquar. Fides virtus est, qua ea, quæ ad fundamentum religionis pertinent,

nent, rectè, firmiterq; creduntur. Credere autem vt Paul. ad Rom.c.31. dixit nihil aliud est, quàm credere, & assentiri verum esse quòd dicitur. consentire enim cũ Ecclesia, est credere quęcunque sacræ litteræ loquuntur, ac testantur, cum dilectione, & caritate, & cum expectatione futuræ salutis per gratiam domini nostri Iesu Christi, vt in cælo vita fruamur sempiterna.

Credere verbũ in diffinitione qmo intelligatur.

Consentire cũ Ecclesia quid.

Hæc addi solent, vt intelligatur ipsum credere in rebus humanis hac ratione distingui ab eo, quod dicitur in diuinis quòd credere in humanis simpliciter dicitur, aliquid esse, vel futurum esse, vel fuisse, quod ad actiones pertinet humanas, & de quo constat. Sed credere in diuinis duo sibi potissimum adiuncta habet, sanctissimam Trinitatem esse quomodo credit Ecclesia, atq; expectationem salutis animarum, & ista fides est vna ex certissimis illis rebus, quæ fidei attribuuntur, quas sacræ scripturę loquuntur, ista inquam est fides vera, & formata, quę cum sit principium actus perfecti absoluta virtus necessario est. vt sanctus Thomas dixit secunda 2. art. 5. q.4. non autem fides informis. glos. vero in hac præsenti rubr. more etiam atque instituto eo, quod Magistri tradunt eam diffinit, vt sit voluntaria certitudo absentium infra scientiam, & supra opinionem. Dixit autem certitudo voluntaria, vt distinguatur ab ea certitudine, quæ fit duce ratione, vel aliqua mente, & intellectu, vt differat ab ea certitudine, de qua constat, cum certum propriè dicatur illud, de quo propria & indubitata circumloquutione constat. vt not. glos. in capitulo. Cum & plantare. de priuil. ex. & in §. nominatim instit. de exhæred. liber. vel dicit voluntaria, quia ex imperio voluntatis tendentis in bonum, quæ voluntas a Deo mouetur, atque vt differat a fide informi, quam in dæmone esse supra dixi, quę coacta est, & non voluntaria. Cogitur enim dæmon ex euidentibus signis inniti diuinæ authoritati. (absentium dicit) quia longe absunt a nobis, cum ea, quæ credimus, supra hominis naturam sint, & quibus assentiendo supra suam homo naturam extollitur, alteq; ascendit. Itaque qua ad assensum, necesse est, fit a Deo intrinsecus mouēte per gratiam, & non ex nobis, quippe qui ex nobis inutiles, ac parum efficaces sumus (infra scientiam) dicit, quia quæ communiter & simpliciter sub fide continentur

Aliud ē credere ī rebus humanis aliud in diuinis.

Credere in diuinis ē ēt credere sanctiss. Trinitatē atq; expectationem salutis animarũ et duo hac potissimũ hic adiuncta fides.

Fides formata q̃ principiũ actus pfecti ē necessario virtus ē & nõ fides informis.

Diffinitio fidei per glosã tradita.

Quare dr̃ fides certitudo voluntaria.

Certitudo voluntaria differt ab ea q̃ fit duce rõne & ab ea de qua constat.

Certũ qd sit

Quare volũtaria dicatr̃ certitudo fides.

nentur sub scientiam non cadunt, neque scita sunt. Nam si sciremus, ea quę per causam cognosceremus, & quasi videremus, esset potius scientia, quàm fides, & nullum inesset fidei meritũ. Qua ratione adductus Augustinus dicit, fides est credere, quod non vides, vt de pœnit. dist. 4. c. in domo. Atq; hæc est laus fidei, prẽmiũ verò, adeptione creditorum gaudere. vel [infra scientiã] dicit, quia illã cognoscimus, & scimus, ac credimus non ex vera sciẽtia & propriè, sed ex aliqua causa, quę a sacris scripturis existit, quia hic sacræ scripturæ ex ore diuino loquuntur, vnde quãquam fidem ipsam nõ perfectè, & verè per causam cognoscimus, eam tamen cognitã, perspectãq; habemus, ex his videlicet quæ Prophetæ loquũtur, sancti viri prædicant, & sacræ scripturæ docent, & miracula apertè demõstrant. nulla enim alia secta, vt legitur, habet miracula ad confirmandã religionem suã, quamquã nulla præter Christianam religio habenda est. Et hoc verũ fidei lumẽ est, quod in sacris litteris, quod in Prophetis, quod in Euãgelijs, & in Apostolicis documentis, & ecclesię traditionibus, & cõcilijs, decretisq; cõtinetur, & miraculis, hac de causa dicit verbũ illud, infra scientiã. Dicit etiã supra opinionem, quia firmiter credere plus est quàm opinari. Vnde Arist. 4. Top. Fides est vehemens opinio, & non dixit simpliciter opinio, sed vehemẽs, & plusquã opinio, & sic supra opinionem. Vel dicet infra scientiã, & supra opinionẽ, quia medium locum tenet infra scientiam, & opinionẽ. vel quia fides vt infra demõstrabitur, vtramq; participat. Sed S. Bernardus in lib. de consec. hæc verba scripsit. Fides est voluntaria quædã, & certa prælibatio nondum propalatæ veritatis. vel sic etiã & secũdum August. Fides est illuminatio mẽtis ad summam veritatẽ. Vel fides dici potest lucerna, quam Dei sapientia accendit per recuperationẽ animarum deperditarum. Vel vt ex dictis Theologorum colligitur; est certa, & firma animi adhesio, qua toto animo assentimus Dei promissionibus ob quas nobis si memores beneficij gratiq; erimus in Deũ, illiq; obsequẽtes per Christum offertur remissio peccatorũ, & iustificatio, vel fides viua est habitus charitate informatus illuminans mẽtem ad credẽdũ. Scotus verò de fide simpliciter sine charitate loquẽs, dixit in 3. lib. sent. 23. dist. diffiniens fidem, fides est virtus intelle-

Fides est credere q qs nõ videt. *Laus & præmium fidei.* *Quare dr in fra sciẽtiã.* *Quare credimus q nõ videmus.* *Nulla religio præter Christianã habet fidẽ.* *Verũ Fidei lumẽ quale.* *Quare supra opinionẽ dicitur.* *Quare dicit infra scientiã & supra opinionem.* *Descriptio fidei diui Bernardi.* *Diffinitio fidei sm Aug.* *Fidei diffinitio ex dictis Theologorũ habita.* *Diffinitio fidei p Scotũ.*

ctualis

ctualis super naturalis, immediata, à Deo infusa, inclinãs intellectũ viatoris in assensum credibilium reuelatorũ, vel in propositiones Theologorũ. Vel sic, fides est donum Dei instruentis, & mouentis hominẽ ad credendum ea, quę non videt. Sed secundũ August. in lib. de prædest. fides actus interior est, ideoq; fides est cogitare cum assentione totius animi ea, quæ ad cultũ, Christianãq; pertinent religionẽ, Christum videlicet verum esse Saluatorẽ in lege promissum, & iam venisse, vt in c. omnes quos de cõsec. dist. 3. & in c. 1. ex. eo. tit. de sum. Trinit. Qua in re tota Christianæ fidei professio cõsistit. quare tota illa pars, quæ Christum Saluatorem confessa fuit, & illum recepit, fecit hãc confessionẽ. Benedictus qui venit in nomine Dñi. Pars vero illa, quæ negauit, dixit, non habemus Regẽ nisi Cęsarem. Et quoniam dicit, est cogitare cum assentione, non dicit cogitare, vt cogitatio ad vim spectet cogitatiuã, sed vt cõiter pro qualicumq; actuosa mentis consideratione sumitur. Sed vt mens, & intellectus ipse considerationẽ infert cum aliqua inquisitione voluntatisq; cõsensu. Vt vero placet S. Tho. 2. 2. q. 8. art. 1. Fides est habitus virtutis, qua inchoatur vita ęterna in nobis, faciẽs assentire intellectum non apparentibus. Vel fides est propriè dictorũ, vel conuentorũ constantia dicta eo ꝙ fiat, quod dictum est, capiendo fidẽ simpliciter, vt Abb. dixit, hic in rubr. non loquendo de viua fide, & de illa, quæ per dilectionem operatur, de qua Paulus in sua diffinitione, seu descriptione loquutus fuit, quæ est fundamentum omnium virtutum, vt in c. cum Paulus 1. q. 1. & vt dixit quoq; S. August. vel fides dici potest donum Dei, ac lumen, quo illuminatur homo, vt firmiter omnibus assentiatur, quæ Deus reuelauit, & nobis per ecclesiam credenda proposuit, siue illa scripta sint, siue non scripta, neque vllis consignata litteris. Vnde regula est fidei, seu omnium quæ in ecclesia credenda sunt summa, symbolum Apostolorum in duodecim distinctum, distributumq; articulos. Vel fides catholica dici potest assensus, uel credulitas quædã optima ex libero animi arbitrio Spiritu sancto unà operante, & adiuuante, credentiũ cordibus impressa, ad ea credẽda, quę sancta mater Ecclesia statuit, cẽsuit, & decreuit. Assensus autẽ dicitur, uel credulitas. i. facilitas, atq; animi affectio propensa ad cre-

Alia diui Augustini diffinitio.

Dictũ illorũ qui Christũ confessi sunt Saluatorem & illũ receperunt.

Gẽtes q̃ negarũt Christũ Saluatorẽ aliter & alio modo dixerunt.

Diffinitio diui Thomæ.

Fidei regula symbolũ Apostolorũ.

Assensus q̃ vel credulitas.

ad credendum, quia per ipsam credimus quæ non videmus. Vnde Augustinus fides est credere quod non vides, fides enim, vt supradictum est, de re non visa, neque apparente dicitur, vt de pænit. distinct. 4. c. in domo. Quare dicitur fidem non habere meritum, vbi humana ratio præstat experimentum. Et est virtus ipsa fides catholica, quia virtus est instrumentum aptum, idoneumque ad ea credenda, quæ fidem catholicam efficiunt, atque constituunt, vt in symbolo Athanasij. Quod autem maius atque efficacius agẽs esse potest, quàm Deus ipse, a quo omnium principe fides oritur. Ipse enim intrinsecus mouet nostram mentem per gratiam quantum ad assensum, qui actus fidei principalis est. Deus enim est principale agens, virtus verò, quæ ab ipso Deo infunditur instrumentnm ad fidem, quæ ab ipso primo fonte emanat, & oritur, & cuius ipse principium, & causa est, vt sanctus Thomas 2. 2. quæst. 6. dixit. Atque etiam est liberi arbitrij, ac liberæ voluntatis ipsa fides, quamuis & donum Dei etiam dicatur, vt de consecr. distinct. 4. c. gratia. quod donum non datur inuitis, & nolentibus, sed ipsum desiderantibus, & cupientibus. & dicitur, Spiritu sancto cooperante vnaq; adiuuante, idest per inspirationem Spiritus sancti corrigentis voluntatem nostram, & in viam bonam reducentis ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, a vitijs ad virtutem. Qui enim fidem, qua in Deum credimus, naturalem esse dicunt, & nobis natura insitam, & ingenitam, quodammodo fideles esse omnes illos dicunt, qui ab ecclesia Christi alieni sunt, & qui institutis Apostolicis, atque dogmatibus aduersantur, & qui contrarij repugnantesq; sunt sed his opponitur Apostolo ad Philip. 1. Corint. dicens confidimus. quia qui incepit in nobis bonum opus, perficiet vsque in diem Christi, & illud, vobis datum est pro Christo non solum vt in eum credatis, verum etiam vt pro illo patiamini, cuius gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex nobis (Dei enim donum est, & Spiritus sancti opus). Vel fides virtus est diuinitus infusa ad credendum firmiter ea, quæ non apparent, & sacræ scripturæ loquuntur, & ad sperata operibus consequendum, quia fides est de ijs quæ non videntur, & ideo habet meritum, vt in c. in domo de pænit. distinct. 4. Ideo

Fides de re nō visa neq; apparēti dr.

Fides nō habet meritū vbi humana rō pstat experimentum.

Catholica fides virtus ē

Nullū maius agens q̄ Deus ipse.

Liberi ē arbitrij & volūtatis ipsa fides.

Fides donū Dei dicitur.

Qui fidem qua in Deū credimus naturalē esse dicunt quodāmodo fideles esse illos dicunt q ab ecclesia Xpi alieni sunt.

Quare fides habet meritum.

Beati

Beati in patria non dicuntur habere fidem, cum ſint in clara viſione; fides quoque dicitur ſeminarium quoddam beatitudinis ſuper naturalis, & quoddam præſuppoſitum ad gratiæ, & charitatis vſum. Sed ſanctus Thomas 2. 2. q. 1. art. 1. ſex modis fidem definit, qui omnes tamen ad illam definitionem reducuntur, quã Paulus affert, vt perfectam & abſolutam. Quam tenendo Abb. hic bene declarauit, docuitq; fidem a ſpe, & opinione differre, quamuis Abb. faciat diſtinctionem fidei a ſpe tantum, quæ eſt in definitione, ſeu deſcriptione Pauli, vt dixi, de qua etiam plenius dicetur, ſed hic de ſpe, & opinione pauca prius dicẽtur, quę ad rem videntur intereſſe. Spes igitur eſt virtus, qua ſpiritualia & æterna bona ſperantur, ideſt, cum fiducia expectantur. & ſermo eſt de viua ſpe, non de vana, de qua ſanctus Petrus in ſua epiſtola ſcripſit dicens, regenerauit nos in ſpem viuam. Et conuenit ſpes cum fide, quia inuiſibilis eſt ſicut & fides, ideſt vtraque & ſpes, & fides eſt earum rerum, quæ neque cernuntur, neque videntur. Nemo enim eſt qui ſperet, ea quæ videt, nam fides credit, ſpes & charitas orant, quæ ſine fide eſſe non poſſunt, ac propter hoc etiam fides orat. Differunt autem inter ſe fides, & ſpes. quòd ſpes eſt tantum de futuris, fides autem habet ſe ad omne tempus, præſens, & futurum, hac de cauſa quælibet ſimplex pactio dicitur fides, Quare veniens cõtra promiſſionem, venire dicitur contra fidem datã, vt in l. 1. ff. de pact. & in l. 1. ff. de conſtit. pecu. Dicitur ergo hac de cauſa fides quaſi fiet. & hoc ratione, reſpectuq; promiſſionis de futuro, Alia eſt, quæ cõſenſus de prę ſenti dicitur, & hęc facit matrimonium, vt in c. 1. de ſpon. duorum, quæ ſic generaliter ſumpta habet ſe ad vtrumque tempus. Et ita Abbas illam in hac rubrica intellexit. Spes autem quæ aliter definiri poteſt, eſt virtus diuinitus infuſa, per quam certa cum fiducia noſtræ ſalutis, & æternæ vitæ bona expectamus, vnde modum recte ſperandi, & petendi didicimus ex illa Dominica oratione, quam Chriſtus proprio ore protulit. Vel ſecundum Auguſtinum in libro qui eſt de Ciuitate Dei, Spes eſt qua quis ad id quod credit, ſe peruenturum preſumit. Sed vt cenſet Thomas 3. ſenten. dictinct. 26. q. 1. art. 1. Spes eſt extenſio appetitus excellentis boni cum fiducia obtinendi. Obiectum enim

Beati in patria non dicuntur habere fidem.

S. Tho. ſex modis diffinit fidem.

S. Pauli diffinitio perfecta.

Fides a ſpe & opinione differt.

Spes quid.

Spes cũ fide conuenit.

Nemo ſperat ea quæ videt.

Fides credit ſpes & charitas orant.

Differũt fides & ſpes.

Veniens cõtra promiſſionẽ uenire dr̃ contra fidẽ.

Fides quaſi fiet dicta ẽ.

Fidem qm̃o Abb. in hac rubr. intellexit.

Spei diffinitio.

Modũ rectè ſperandi & petẽdi docet nos Dominica oratio.

Diffinitio ſpei ſm̃ Auguſt.

Alia definitio ſpei ſm̃ Thomam.

ſpei quatuor habet conditiones, bonum videlicet, arduum, futurum, & poſſibile, ideſt quod conſequi poſſumus. Opinio autem eſt actus mentis, ſiue intellectus declinantis, in vnam partem contradictionis cum formidine alterius. Et opinio, fides, ſcientia, dubium, & ſcrupulus inter ſe differunt. Sed fides quaſi media eſt inter opinionem, & ſcientiam, quia opinio ſe habet ad vnam partem contradictionis cum formidine alterius partis, & ſine cauſæ cognitione. Scientia vero ſe habet ad aliam partem contradictionis ſine formidine reliquæ, & cum cauſę cognitione per media neceſſaria. Quare ſcientia eſt neceſſariorum, vt Philoſophi dicunt, & ita conſtat fidem vtramq; participare. Nunc vt ad illam Pauli deſcriptionem redeam, a qua paulo ante receſſi, quæ nobilior eſt cæteris. dicitur fides eſſe ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium; ſubſtantiam ponit hoc in loco pro fundamento, vt alibi etiam Paulus declarauit ijs verbis. Fundamentum nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, hoc eſt, Ieſu Chriſti fides, vt ibi gloſ. declarat. Hoc idem Origenes, dum de virtutibus fidei, ſpei, & charitatis loquitur, arbitratus eſt, cum ait, putò prima ſalutis initia, & primum fundamentum noſtræ ſalutis fidem eſſe. In hanc ſententiam vt hoc etiam animaduertas omnes fere Theologi loquuti ſunt (Rerum ſperandarum) dicit hac de cauſa, quòd rerũ omnium, quæ in fide continentur, expectatio ſpes eſt, vt Hieronymus dixit in ſua quinta epiſtola primæ partis, id etiam Apoſtolo affirmante ijs verbis, ſpe enim ſalui facti ſumus. Vnde gloſ. in hac rubr. in eo verbo deſcriptionis Pauli exponendo ſic dicit. Fides eſt ſubſtantia, ideſt fundamentum rerum ſperandarum, quia per ipſam ſperare debemus, quod dictum eſt a Prophetis, & Apoſtolis eſſe futurum Chriſtum, videlicet eſſe venturum, & iudicaturum viuos, & mortuos. Quæ omnia in fide catholica continentur, & inter fidei articulos connumerantur, vt in quatuor ſymbolis, de quibus latius deinceps ſermo erit habendus. Et hæc ſunt, quæ nobis fides credenda proponit, & hæc inter alia, quæ ſperanda declarat, quæ alium modum cognitionis non habent, quàm per fidem; & hæc eſt natura ipſarum, quoniam futura ſunt,

Opinio qd.

Opinio fides ſcientia dubiũ & ſcrupulus differunt.

Scientia eſt neceſſariorũ

Diui Pauli diffinitio.

Diffinitio Pauli nobilior cæteris.

Sẽia poniť hic pro fundamento.

Fides primũ fundamẽtũ nr̃æ ſalutis.

Rerũ ſperãdarũ quare dicit Paul. in ſua diffinitione.

Expreſ. gloſ.

Quare dr̃ in diffinitione rerũ ſperandarum.

Quæ ſint q̃ fides credenda ꝓponit et q̃ inter alia ſperãda declarat.

de

de quibus alia cognitio haberi non poteſt. Præterea Deus de quo principalis eſt cognitio, lucem inhabitat inacceſſibilem, quem nullus vnquam hominum, vidit nec videre poteſt qualis re ipſa, ac maieſtate ſua eſt. Reliqua illa verba, quæ deinceps ſequuntur, & quæ in illa extrema parte deſcriptionis poſita ſunt, plana ſunt, faciliaque ad intelligendum, & conſequenter demonſtrantur, & declarantur, quia ſi fides eſt fundamentum, quo nitimur ad ea ſperanda, quæ dixerunt Prophetæ, quæ non videntur, neque ratione comprehendi poſſunt, conſequens erit, vt argumentum ſit non apparentium, ideſt probatio quædam non autem concluſio. quæ nos compellit ea credere, ſimulque illa ſperare quæ non videntur, nec ratione aliqua probari poſſunt, dum credimus, & fidem habemus. Hac de cauſa facile Chryſoſtomus in hanc ſententiam verbum illud argumentnm, interpretatur: quum dicit, argumentum non apparentium, ideſt conuictio earum rerum, quæ non videntur, fides eſt, propterea quod per eam conuincimur, arguimur, & cogimur ea credere. Per eam quoque quæ ſub aſpectum noſtrum non cadunt, & penitus oculos effugiunt, à nobis quodammodo cernuntur quaſi poſita ante conſpectum noſtrum. ipſa enim fides rerum inuiſibilium certitudo eſt, vt dicit gloſ. ſuper Galat. 5. Ipſa quoque ea eſt, quæ probat, & non id quod probatur. Itaque concluſio non eſt. quibus ex rebus vera inſpicitur ſententia totius deſcriptionis Pauli, atque etiam verborum omnium ſignificatio, & expoſitio, & quid ipſa deſcriptio demonſtret, facile cernitur. Demonſtrat etiam ipſa nos per fidem ambulare debere, vt ad ſpem peruenire poſſimus, vt dixit Auguſtinus etiam in ſermone 18. Atque ea gratia credimus, vt credendo ſperemus, & ſperando cum dilectione etiam poſtea ſaluemur, vt Apoſtolus Corinth. 1. cap. 15. ne vana ſit fides noſtra, & ſpes, vt idem Apoſtolus Roman. cap. 13. Vnde Dominus in Ioann. cap. 11. dixit. qui credit in me, non morietur in æternum. Is eſt finis præcepti veræ religionis, is Chriſtianæ, & catholicæ fidei terminus conſtituitur. Quare in Apocalypſi c. 11. ea verba leguntur. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, quæ præuia

Deus lucem habitat inacceſſibilē.

Q̄mo fides argumentū ſit non apparentium.

Interpretatio Chryſoſt. et fidei d̄ſcriptio ſeu d̄clar ratio.

Argumentū non apparētiū .i. conuictio ſm̄ Chryſoſtomum.

Fides rerū aliquarū inuiſibiliū certitudo eſt.

Fides ē qua probat et nō id q̄ p̄bat.

Ambulamus per fidē vt ad ſpem p̄uenire poſſimus.

Quare credamus.

Cauſa finalis fidei ſpei & charitatis.

Finis catholicæ fidei qs ſit.

 fide

Sine fide nullus saluari pōt. fide nobis conceditur, sinę qua non ambulamus, neque saluamur vllo modo. Quare hoc etiam te scire volo, spem sine fide non esse, sine fide etiam charitatem veram non inueniri nihil baptismum prodesse, nihilque confirmationis sacramentum, & nihil pænitentiam, nihil Eucharistiam, & nihil extremam vnctionem, atque etiam alia sacramenta nihil possunt, remota fide. Immo potius vt cognoscas quantam vim fides habeat, vbi baptismus, vel aliud sacramentum haberi non potest, ipsa fides supplet. vt de consec. distinct. 4. c. Baptismi. Et nihil bonorum operum ad vitam æternam cōsequendam exercitatio iuuat absque fide. Vt enim quis omnem pietatem colat, iura humana, atque diuina seruet, neminem violet, & omnem iustitiam tueatur, quia tamen bonis operibus non bene operatur, nullo præmio, ac merito ęternę salutis dignus iudicatur. Certū est enim, vt inquit Paulus ad Corint. c. 11. nos sine fide Deo placere non posse, Peccat enim, & cōtra Deum est, qui a fide catholica alienus est, & cum Deo non manet, vt in l. cælicolarum c. de Iudæ. & cælic. Et frustra sperat quis æternæ bona etiam si bene operatur, qui in eum non credit, a quo æternæ vitæ gaudia est habiturus. credere itaque decet, & fides cum charitate, & dilectione, vt fundamentum præcedat necesse est. Vt idem Paulus ad Rom. c. 11. vt quæ speranda sunt, sperare possimus. & sperando saluemur; & ideo Apostolus dixit fides substantia est rerum sperandarum argumentum non apparentium. Et ista Apostoli hoc in loco, vt rem penitus absoluam, & ab ea nunc recedam, descriptio magis dicitur, quàm definitio. Cum Apostolus non procedat eo consilio, vt proprie eam definiat, ac rem per substantiam, vt ita dicam, demonstret, ac legitimam docēdi viam rationemq; instituat. aliter enim virtus esset in definitione, & non substantia, seu fundamentum, sed ea gratia procedit vt describat tantum, atque eius vim notam faciet, ac declaret, cum dicit, ipsa est substantia, idest fundamentum rerum sperandarum. Id quod etiam sensit glos. hoc in loco, quem Hostiensis quoque in sua summa sequitur, cum dicit, illa Pauli magis est notificatio, quàm definitio, quia dilucide, atque expresse nobis demonstrat Paulus, non quid sit fides propriè, atque eius propriam vim, & essen-

Marginal notes:
- *Spes & charitas vere nō sūt sine fide neq; sine ipsa p̄ssunt sacramenta.*
- *Fides vis quanta sit.*
- *Sine fide placere Deo nō possumus.*
- *Qui cū Deo nō est immediate cōtra Deum est.*
- *Frustra speret quis æterna bona etiā si bene operatur si fidē non habet.*
- *Diuus Paulus magis describit q̄ diffiniat fidē.*
- *Hostien. notificationē fidei esse dicit illam diui Pauli nō dfinitionē seu descriptionē*

essentiam sed ipsam principalem, ac primam omnium esse debere demonstrat, ac docet, ea gratia, vt salui, & incolumes esse possimus, in Christoq; saluari in perpetuum. Ita vim, atque ipsius fidei dignitatem ostendit, & principatum, quem ipsa tenet inter alias virtutes, & circa salutem animarum. Ipsa enim fides omnium virtutum, & Christiani ædificij est primum principiũ, & fundamentum. Immo quòd libere dicere audeam, sine ipsa sacramenta in nobis non haberent effectum, & in efficacia iacerent. Fides enim initium, & fundamentum optimum salutis nostræ constituendum est, sine qua reliqua deinceps, quæ ad salutem pertinent, corruant, & collabantur, necesse est. Quod etiã sanctus Thomas sensisse videtur. Quod si quis recte consideret omnia ex quibus fides potest definiri, in prædicta Pauli descriptione tanguntur, & si verba ipsa ad formam definitionis non disposita esse videntur. Itaque sanctus quoque Thomas etiam descriptionem illam appellat, non definitionem, cum ipsa verè per Apostolum non definiatur ibi, sed propriè describatur, planumq; nobis faciat Apostolus fidem esse fundamentum, & rerum sperandarum substantiam, sine cuius ope, virtuteq; nemo saluus esse potest. Quam spem certissimam, atque firmissimam habere debet optimus, & fidelissimus quisque Christianus, vt antea dicebam, vt se filium Dei fieri posse, speret id asserente Ioanne in c.1. cum dicit, dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Itemq; Apostolo attestante ad Corinth. speramus, inquit, corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem; quæ omnia speranda sunt. Item alibi fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum, idem Apostolus dicit, mortui estis, & vita vestra absconsdita est cum Christo in Deo, cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum Christo in gloria. Atque hæ res sperandæ sunt, ob quas tantopere in vita laboramus. multæ aliæ quoque sunt penè innumerabiles, & infinitæ, quarum copia in latissimo sacrarum scripturarum compendio satis abundè pertractatur, & explicatur. Neque verò te afficiant, aut turbẽt, quæ de baptismo supradicta sunt, quod ipsum quoq; fundamentum salutis appellatur. Fundamentum enim proprie est, vt Pa-

Vis & dignitas fidei.

Sine fide in nobis sacramẽta nõ habent effectũ.

Fides fundamẽtũ nr̃æ salutis optimũ

Omnia ex quibus fides põt definiri in descriptione vbi tanguntur.

S. Tho. illã Pauli descriptionẽ appellat non definitionem.

Sine fide & operibus nemo saluari põt.

Christianus quilibet firmissimã hẽre debet fidẽ vt saluari possit.

Quomodo filij Dei efficiamur.

Per firmissimã fidẽ cũ dilectione speramus corruptibile hoc induere incorruptionem & mortale hoc induere immortalitatem.

Baptismus ẽt fundamẽtũ salutis appellatur & prima porta sed post fidẽ.

pare-

pa refert, in cap. veniens. §. porro extra de presbyt. non baptiz. & prima porta eſt, & ianua etiam aditusque ad ſalutem, vt in cap. cum itaque in fin. de conſecrat. diſtinct. 3. vbi ſimiliter Papa ipſum baptiſmum ianuam appellat, quia fundamentum eſt ad ſalutem, ac prima porta, ſed poſt fidem. Conſtat enim fidem ipſam eſſe primam portam, & fundamentum, radicemque noſtræ ſalutis adeo proximam ſine qua propria vel aliena ſi infans fuerit nullus omnino mortalium quouis modo ſaluus eſſe poteſt, neque baptiſmatis vnda perfundi, vt idem Paulus ad Galat. cap. 5. affirmauit tali ratione, Neque circumciſio eſt aliquid, neque præputium, ſed fides, quæ per dilectionem operatur, per quam efficimur filij Dei, qua Deo nos totos committimus, qua omnia ad Deum referrimus, & qua Deo per ſpem & charitatem copulamur. quoniam primum fundamentum eſt ipſa fides, & porta prima (fundamentum dico) proprie, & non improprie, & quaſi ad ſimilitudinem quandam, ſicuti proprie ſubſtantia dicitur, & non per ſimilitudinem, vt idem Paulus etiam alibi teſtatus eſt, dicens, fundamētum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, ideſt, Ieſu Chriſti fides, vt etiam Papa refert in c. fin. §. porro. & contra de presbyt. non baptiz. Hoc idem voluit Origenes cum de fidei virtutibus, ſpei, & charitatis hæc verba loquitur, Ego ſic exiſtimo dixit prima ſalutis initia, & primum fundamentum fidem eſſe. Neque vero dicunt Paulus, & Origenes fidem a ſubſtantia differre, ſeu fundamento, & eſſe ab ipſa ſeiunctam, atque ſeparatam, veluti cauſam a ſuo cauſato, vel actum ab agente, ſeu ſubſtantiam ab accidente, quoniam ipſa eſt fundamentum propriè, vt dixi, & ſubſtantia loquendo de potentia, præſtantiaque ipſius fidei, vt antea expoſui, quo fundamento proxime a Deo interueniente ſpem ſalutarem conſequimur, vt idem Paulus, & Origenes dixerunt, ita fidem fundamentum propriè appellant. Opera enim, dum homo habet fidem præcedentem, ne cuipiam de hac re dubium ſit, neceſſaria ſunt, ſine quibus non valet 1. quæſt. c. ſicut vrgeri. & de pœniten. diſtinct. 2. §. non eſt mirum, quamuis fides fundamentum ſit, vt & ſanctus Ambroſius declarauit dicens. Fides facit

Deum

Sine fide nullus omnino ſaluari pōt neq; baptiſmatis vnda perfundi.

Circumciſio nihil ē neq; præputiū ſed fides cū dilectione operatur.

Fides cath. fundamētū primū et prima porta ad ſalutē ꝓprie & non imꝓprie.

Fides ꝓprie fundamētū dr̄ & ꝓprie sb̄ia.

Fundamentū aliud nemo pōt ponere p̄ter Ieſu Xp̄i fidē.

Prima ſalutis initia fides.

Fides a sb̄ia non differt.

Fides p̄cedere opa q̄uis pfectiſſima debet.

Fides ſine operibus mortua eſt.

Deum proximum nobis, ſi bonis operibus approbetur, atque alibi etiam hæc verba leguntur, bona fides eſt, vt cum pulchro operum tenemur ornatu, & in ſumma opera neceſſaria ſunt. & homo vt etiam Iacobus dixit ex operibus fide formatis iuſtificatur, & ita iuſtus redditur, vt regni cæleſtis hæres efficiatur. & huc tota beati Iacobi ſpectat epiſtola, atque etiam omnium Pauli epiſtolarum ad Roman. præſertim doctrina hanc ſententiam complectitur, vnà cum ſumma totius Chriſtianæ religionis, quam ex fide conſtare dicit. Apud eundem etiam Paulum ſecunda ad Roman. hæc verba habentur. Non enim auditores legis ſunt iuſti apud Deum, ſed factores iuſtificabuntur, quia vt idem Paulus ait 1. ad Corinth. omnes manifeſtari oportet ante Tribunal Domini Ieſu Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum, quod eſt contra hæreticos, qui hac vtuntur aſtutia, ſeu verſutia, vt diuus Auguſtinus refert. Hi enim peſſimum genus hominum coguntur ſemper, quando poſſunt, ex ſcripturis ſacris malè, & cauillosè intellectis, ac peſtilenter expoſitis defendere errores ſuos, atque prauos mores. Itaque dixerunt iuſtum ex fide tantum viuere, non ex operibus ſimul, quemadmodum ex ſacris litteris, euangeliciſque documentis probare contendunt, cum illud maxime dicant, Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, iuxta illud Pauli ad Roman. cap. 4. Vnde Matthæ. cap. 9. Fides tua te ſaluam fecit. Item & alias multas ſacræ ſcripturæ ſimiles authoritates afferunt, quas nec, quid illæ velint, intelligunt, nec ſciunt, neque ſcire curant, ſemper in malo ſenſu pertinaces. Hunc errorem iam diu obliuione deletum diabolico inſtinctu Lutherus ſuſcitauit, cuius author fuit Eunomius quidam, vt Auguſtinus refert in ſuo libro de hæreſ. cap. 54. quòd nos Catholici fatemur, & dicimus iuſtum ex fide viuere, vt etiam Papa refert in cap. in domo §. primo de pænitentia diſtinctio. 4. tamquam ex fundamento tali iacto. Et ita per ipſos allegata declarantur. Eſt enim fides fundamentum ſpiritualis ædificij, & ſperandarum rerum ſubſtantia, vt Paulus in ſua deſcriptione dixit, ſed ex ſola tantum fide, vt hæretici diſputant, viuere quempiam

Fides facit Deũ ꝓximũ nobis ſi bonis operibus approbetur.

Homo ex operibus fide formatis iuſtificatur.

Doctri. Pauli epiſtol. ad Ro. p̄ſertim & diui Iacobi finis qualis ſit.

Nõ legis auditores iuſti ſunt apud Deũ ſed factores.

Aſtutia & malitia hæreticorũ hic notatur.

Hæretici aliqui dicũt iuſtũ ex ſola fide viuere vt ex ſacris litteris euãgeliciſq; doctrinis ꝓbare cõtendunt.

Hæretici authoritates quas adducũt et oñdũt ꝙ ſola fides ſufficit ad ſalutẽ illas nõ intelligunt.

Lutherus ſuſcitauit errorẽ iã diu deletum cuius author Eunom. fuit ꝙ ſola fides ſufficit ad vitã æternã ꝙ eſt falſum.

procul

Ex sola fide nos viuere pcul ẽ a veritate qa iustus ex fide viuit cũ dilectione.

Si sola fide viueremus magna cõcederetur licẽtia delinquẽdi & peccandi.

Fugiẽda sũt fornicatiões et adulteria

procul est a veritate, & a Pauli sententia valde discrepat, qui numquam repertus est, qui ita simpliciter dixerit, iustum videlicet ex sola tantum fide viuere. Si enim Paulus, & omnia sacrarum scripturarum volumina ita intelligerentur, vt hoc loco ab hæreticis accipiuntur, illud sequeretur absurdum, & incommodum, delictorum magnam licentiam permitti, & peccatores omnes impune abire, ac potius in quouis flagitij genere peccandi viam aperiri, & ad omne malum ingentem fenestram patefieri. quod nullo pacto dandum est, neque concedendum. Audio enim Paulum clamantem, & vociferantem 1. ad Corinth. c. 6. fugite fornicationem, quoniam fornicatores, & adulteros iudicabit Deus, idem dicitur 32. q. 6. c. nihil. Audio etiam dominum Deum in Exodo c. 20. dicere, furtum non facies, neque falsum testimonium dices. & in c. 21. ait, non occides. Similiter & Christus Iesus dixit, Audistis quia dictũ est antiquis non mœcaberis, Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœcatus est in corde suo.

Vult Christus subditos suos pacificos & pudicos esse.

Abrahæ dictum declaratur.

Vult enim Christus redẽptor generis humani subditos suos debere esse pudicos, pacificos, & modestos, vt dicitur in prohem. decret. in princip. Et ideo voluit illos & credere, & bona simul opera facere. Quod autem obijcitur de Abraham, non aliter respondendum censeo, quam a Theologis respondetur 4. sententiarum; qui in medium illud proferunt a Iacobo relatum in sua epistola canonica c. 2. ijs verbis, Abraham pater noster ex operibus iustificatus est offerẽs filium suum Isaac super altari in holocaustum. Ex quo demonstratur fidem comitari opera patris Abraham offerentis filium super altari: atque ex his operibus perfectam, & consumatam eius fidem fuisse, quæ sine operibus omnino mortua esse dicitur, vt corpus omni spiritu, ac sensu carens.

Rũsio ad illud Pauli 5. ad Rom. & ad Ephes. 2.

neque illud Pauli obstat ad Rom. 5. & ad Ephes. 2. cum dicitur, hominem iustificari per fidem, quia illud non dicitur, ea de causa intelligẽdum esse, alia omnia ad fidem necessaria, quæ ibi expressa non sunt, fide exclusa esse debere. Si enim ex hoc illa exclusa intelligerentur, quod hoc in loco expressa non fuerunt, frustra Christus in Euang. Ioan. c. 2. nos monitos fecisset, si quis ex aqua, & Spiritu sancto renatus non fuerit, introire in

regnum

regnum Dei non poterit hoc idem habetur 1. q. 4. c. detrahe. ac etiam eccleſia perperam de alijs ſacramentis dixiſſet, quorum nonnulla neceſſaria ſunt, ſine quibus homo fidelis regulariter ſaluari non poteſt. Sed illud ea de cauſa dixit Apoſtolus, quia fides principium eſt, & fundamentum, ac radix omnis iuſtifica tionis, ſine qua Deo placere impoſſibile eſt, vt idem Apoſtolus in ſua epiſtola ad Hebr. ſcriptum reliquit: atque in hanc ſententiam verba illa Apoſtoli accepit, & interpretata eſt ſancta Synodus Tridentina ſub Pontifice Paulo III. ſeſſ. 6. c. 8. & quamuis verba illa ita intellexerit, non opera tamen a fide excluſit, cum ipſa ſint maxime neceſſaria ad ſalutem, vt in eodem c. 8. cum ſequen. & vt ſupra demonſtraui; Quod etiã Marci ſententia apertè demonſtrat planè dicentis: qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, & etiam Paulus ad Rom. 2. ait, non auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur, & in poſteriore epiſtola ad Corinth. inquit, omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum. Ex quibus omnibus locis perſpicuum eſt, prę-mia eſſe ſingulis diſtribuẽda pro operibus eorum; In quam ſententiam loquutus eſt & Iacobus in ſua Canonica epiſtola verba hæc, qui perſpexerit in lege libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in ſuo facto erit; & in alio eiuſdem epiſtolæ loco ſic inquit: Vis autem ſcire ò homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt. & ibidem etiam dicit: Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum, vt in 3. ſenten. diſt. 23. 24. & 25. quia ſola fides, vt ſupra dixi non ſufficit, vt etiam redemptoris noſtri verba confirmant, cum ait: Qui diligit me mandata mea ſeruabit, & ſermones meos diliget. Item Apoſtolus Petrus: Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis. Hæc ſunt verba ſancti Petri ex ore Spiritus ſancti miſſa, quibus hæreticorum opinio refellitur. Quibus etiam hoc loco Theologi ipſi reſpondent, & contra diſputant in 3. diſt. 69. ſupra allegatis. & bene etiam reſpondet Alphonſus de Caſtro in ſuo tractatu, qui eſt de hęreticis lib. 7. quem omnino vide, qui elegantiſſime quæſtionem, atq; hunc grauiſſimũ locum pertractat,

Qui credide rit & baptizatus fuerit ſaluus erit.

Præmia iuxta opera ſingulis largiẽda.

Ex operibus iuſtificatur homo et non ex fide tm̃. Rõnes qbus rñdeт̃ ad ea q̃ dixit Ennimias qdã Arrianus q dicebãt ſolã fidẽ ſufficere ad ſalutem. quẽ errorem ſuſcitauit Lutherus. Alphõſus de Caſtro ſoluit ẽt hãc q̃ſtionẽ & tenet q opera ſint omnino neceſſaria.

& omnes nodos etiã diligentiſſimè ſoluit,& controuerſias tollit, remq; omnem ſubtili ratione concludit. Quippe qui vnà cum alijs catholicis hanc ſententiam tenet, fidem ſine operibus nihil ad ſalutem prodeſſe, immò potius corpus ſine ſpiritu appellari, vt S. Iacobus dixit, cum opera ſint omnino neceſſaria, ſine quibus mortua fides dicitur. Nec valet illud, quòd multi reprobi dicunt, quòd miſericordia Dei ſaluabit nos fideles, & ſic in illa confidunt ſolum, creduntq; poſſe cum peccatis ingredi regnum cælorum, dicuntq; multoties, nonnè ſaluauit Petrum negantem Chriſtum, quem (vt dicendum eſt) ſaluauit, ſed propter pænitentiam, ſic & Paulum perſecutorem; quod & de Maria Magdalena, & alijs dicendum eſt, quos fides, & pænitentia bonis admixta operibus ſaluauit. Propterea Iob 34. opus hominis reddet ei Deus, & iuxta vias ſuas ſingulorum reſtituet. & Propheta pſal. ſuo 17. retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meã, & ſecundum puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius. Et Matth. 16. Reddet vnicuique iuxta opera ſua. Et Luc. 6. Eadem menſura, qua menſi fueritis remetietur & vobis. & Paulus 1. Corinth. 3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum laborem ſuum. Et ad Epheſ. 6. Vnuſquiſque quid fecerit bonum percipiet a Domino. Et Ezechiel. 7. Iudicabo te iuxta vias tuas; miſericordia Dei ſaluat nos, in qua fidere debemus, & fides ſaluat nos pænitentia, ac bonis operibus immixta. Opera enim neceſſaria ſunt, & pænitẽtia poſt fidem: quæ ſi neceſſaria non eſſent, Chriſtus, Prophetæ, & Sancti alij ita prædicatum non reliquiſſent. Ideo nemo confidat in ſua iniquitate, ſed condignam expectet malorum ſuorum retributionem, & credat quòd pænitentia, & bona opera ſaluant. Quomodo autem, quandouè impendenda ſint opera ipſa, operandumq; ſit, in his, quæ deinceps ſequuntur, declarabitur. Impendenda igitur opera ſunt, operandumque eſt eo maxime tempore, quo ſcilicet homo bona opera facere poteſt, quod tempus eſt, cum homo ad fidem conuerſus eſt, & baptizatus; Is enim vſque ad id loci, & temporis cum mortuus fuerit, per fidem reuiuiſcere incipit, & fides illi tunc ad iuſtitiam operatur, quam Paulus fidei iuſtitiam appellauit. Quod ſi ad fidem conuerſus, & ba-

Contra illos reprobos qui dicunt q ſola miſericordia Dei ſaluabit nos fideles.

Cũ peccatis nõ poſſumus ingredi regnũ cælorũ.

Vnuſquiſq; propriã mercedẽ recipiet ſecũdũ laborem ſuum.

Quomodo Dei miſericordia ſaluat nos in qua fidere debemus.

Opera neceſſaria ſunt, et pænitentia poſt fidem.

Nemo in ſua iniqtate confidat.

Pænitentia & bona opera vnà cũ fide ſaluant.

Q̃mo & qñ impendenda ſint opera.

Tẽpus bene operandi ad ſalutem.

& baptizatus renuerit bona opera facere, tunc fides illum minime adiuuat, neque opitulatur, neque is iustus est, nec vir probus in ecclesia Dei. Siquidem ex operibus fide formatis iustificandus est homo, quia vbi post regenerationem hoc pacto ambulauerimus, non iam sola fide, verum etiam ex operibus iustificamur; de qua iustificatione scriptum inuenitur in Apocal. 22. in qua hæc verba sunt, qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Vnde Gregorius inquit, vera fides est illa, quæ in hoc quod verbis dicit moribus non contradicit. Et S. Bernardus in sermone quem de resurrectione habet, expresse loquitur fidei vitam ex bonis operibus dignosci magis, sicut corporis huius vitam ex motu suo. Atque ex operibus, quæ scilicet fidem subsequũtur iustificandus erit homo, non ex his, quæ prędedunt vt Augustinus declarauit his verbis; Opera quidem tua præterita antequam crederes, nulla erant, quamuis bona viderentur, quia fide formata non erant, vt sanctus etiam Iacobus intellexit, quia qui bene operatur sine fide, est sicuti ille, qui facit structuram super arenam. Itaque dixit etiam Augustinus in expositione proph. nu. 22. non elegit Deus bene operantes, sed credentes potius vt ipse illos faciat bene operari per Spiritum sanctum, per quem Charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, vt nos misericordes efficiat, & ibidem id legitur. Nemo meritis priorum bonorum operum arbitretur se peruenire ad donũ iustificationis, quæ est in fide, sequuntur enim opera iustificatum, non præcedũt iustificandum. Et idem August. de fide & operib. c. 14. iustificamur enim, inquit, per gratiam, & gratis, nullis prę cedentibus meritis nostrorum operum, alioquin gratia non esset gratia. Et alibi c. 26. dicit iustificationem opera meritoria non præcedunt, sed opera omnino subsequi debent, quorum bonorum operum exercitatione restitutio bonorũ baptismi fit, & vitã æternam consequimur. Et hoc est præmium bonorum operum, vt etiam Apostolorum symbolum dicit prope finem ibi. Expecto resurrectionem mortuorum. Et isti sunt fidei effectus, atque virtutes inter alias, quia fides si fuerit charitate formata homines iustificat, vt legitur de latrone illo, vt dixit Chrysostom. in suo sermone de fid. & le. quia credidit dumtaxat & iustificatus

Fidẽ suscipiẽs si postea renuerit bona opera facere tunc fides minime illũ adiuuat

Vera fides ẽ illa q̃ in hoc ꝙ verbu dicit dæmonibus non contradicit.

Opera subse qui fidẽ debẽt vt iustificemur.

Opera pterita anteq̃ qs crederet nulla sũt ad salutem.

Qui bene operat̃ sine fide ẽ sicut ille qui facit structurã super arenam.

Per Spiritũ sanctũ charitas Dei infundit̃ cordibus nostris.

Opa sequũt̃ iustificatum nõ præcedũt iustificãdũ.

Per grãm et gratis nullis pcedentibus meritis iustificamur.

Præmiũ bonorũ operũ.

Fidei effectus & virtutes.

est a iustissimo Deo, quia hac fide, & per eam credidit, & iustificatus est. Cuius rei illa causa est, quòd ipsa fides est primum, & verum fundamentum nostræ salutis, & hoc præcipuum habet, & optimum, & antiquissimum, quòd numquam auferetur ab ea, quia in fide ipsa tamquam in fundamento sine vlla dubitatione omnis nostra salus sita, & posita est, cui cũ accedit charitas eam informans nostra perficitur iustificatio. Hoc autem præcipuũ, & particulare munus ipsius fidei formatæ est. Et hac re distat a sacramentis, quæ sine ipsa non iustificant, neque saluant, ipsa verò aliquando etiam sine sacramentis actu susceptis sola id facit ob excellentem, præstantemq; efficaciam suam, quæ sibi a Deo est attributa. Vt legitur de Abraham, qui ante sacramentum circumcisionis Deo placuit, iuxta illud Genes. 15. Credidit Deo Abraham, & reputatum est illi ad iustitiam. Sed Sacramenta sine fide Deus quasi pro nihilo reputat, quia sine fide impossibile est placere Deo. Sine fide ergo, quæ per dilectionem operatur, nemo quouis modo saluari potest. Et quamquã hoc dictum est, tamen sæpe ac sæpius dicendum arbitror, vt in pectore optimi Christiani altissimus agat radices, quæ extirpari, atque euelli nullo modo possint. Sine ipsa fide opera omnia vacua redduntur, & inania esse ad salutem æternam iudicantur. vt Matth. quoque in c. 19. declarauit, dum de obseruatione mandatorum verba facit, quæ sine fide perfici nequeunt, quoniam ea lege, & conditione opera fidei annectuntur, vt cum illa multum proficiant ad æternam salutem. quæ sine illa inania omnino esse dicuntur. Vt Papa etiam refert 1. q. 1. c. sicut vrgeri & de pænit. distinct. 2. §. non est mirum, quæ fidem ipsam vti principalem, primam & magistram, & fundamentum subsequi debẽt. Ipsa etiam primum Dei hostem scilicet sensum humanum occidit, ac destruit, qui primus fidei effectus verè actuosus existit, & ipsa mentem, & intellectum a rerum humanarum sensibus abductum Christo tradit in seruitutem perpetuam, dicente Apostolo 2. Corinth. c. 10. in captiuitatem redigentes omnem intellectũ in obsequium Christi. Item fides matrimonium inter animam initiat, vt Oseæ 2. Desponsabo te mihi in fide, quam charitas consumat 1. Corint. 6. qui adhæret Domino, vnus spiritus est

Præcipuũ fidei esse primum fundamẽtũ ad salutẽ & proprie primũ ẽ

Quõ fiat iustificatio.

Quõ fides a sacramentis distet.

Excellentia præstansq; fidei efficacia.

Sacramẽta sine fide pro nihilo Deus reputat.

Deo placere impossibile ẽ sine fide.

Sine fide opera quãuis bona inania sunt.

Opera fidei annectuntur bona. s.

Fidei effectus & primus quis sit.

cum-

cum illo. Huc accedit, quòd fides mentis intelligentiam a macula, corruptioneq; erroris seruat. Ipsa etiam est prima porta, & primus aditus ad Baptismum, qui in verbo, & elemento consistit, ac cæteris ritibus, & institutis, quæ ad sacramenti vsum ecclesia addit. Cuius opera opeque, vt ad æternam gloriam peruenire possimus, in aqua & Spiritu sancto lauamur, & renascimur. Vt in Euang. Marci c. 12. dicitur & post baptismum per pænitentiam ministerio videlicet clauium ecclesiæ; quæ Pontificibus deinceps subeuntibus in personam Petri traduntur, cum in Euang. dicitur a Saluatore mundi, & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram, ligatum erit & in cælis, & quodcunque solueris super terram erit solutum & in cælis. Atque hæc pænitentiæ ianua non aperitur nisi per Spiritum sanctum illuminantem, & conuertentem. Per ipsam quoque fidem proximè a baptismo confirmationis sacramentum suscipimus, illique cõfirmamur. Ipsa quoque ea est, quæ cultum, & honorem, qui diabolo in mundo habebatur, abstulit, & expellit diabolum ab hominibus, fugatq; qua & animarum, qua & corporum, Domino id attestante in vlt. Marci c. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequuntur. In nomine meo dæmónia eijcient. Et ista est quæ diabolo repugnat, ac resistit iuxta illud Petri. Cui resistite fortes in fide, & sua virtute clericos ordinat, & sacerdotes consecrat. Et in hæreditatem æternam cum sanctis Angelis collocat. Atque etiam virtute sua, vt Augustinus de verbo Domini dixit, peccatores homines saluat, & custodit incolumes. Hæc est præstantia viuæ fidei, excellentiaque, vt Cyrillus etiam demonstrauit, quæ cæcos etiam illuminat, infirmos curat, fideles iustificat, quæ veteres etiam patres propter fidem quam de Christo futuro habuerunt, iustificauit; ipsi enim patres ex veteri testamento iusticati fuerunt, & a peccatis absoluti propter fidem de futuro quemadmodum Paulus ad Hebræos c. 12. scripsit numero recensens omnes principales patres veteris testamenti incipiendo ab Abel, probandoq; omnes illos per fidem Christi futuri passos fuisse persecutiones, & operibus iustitiæ operatos, consequi tamen non potuisse repromissionem nisi per Christum. Ex quo sequitur, vt omnes

Fides prima porta est ad baptismum.

Põtas q̃ habuit D. Petrus a Christo & ipsius Petri successores.

Pænitẽtiæ ianua nõ aperitur nisi per Spũm sanctum.

Fides cath. abstulit diabolo honorẽ qui in mũdo illi hẽbat.

Signa credentium.

Fides diabolo repugnat.

Quæ sit excellentia fideiq; præstãtia.

Veteres p̃res ex veteri lege iustificati fuerunt & a peccatis absoluti p̃p fidẽ de futuro Christo.

D. Paulus recenset oẽs principales p̃res veteris testamenti incipiẽdo ab Abel.

Per fidẽ X̃pi de futuro veteris testamẽti patres passi sunt p̃sequutiones

illi per fidem in Christum futurum facti sint membra Christi, vt Paulus ad Rom. 4. & ad Galat. 3. & de limbo per Christi passionem, quam crediderunt, liberati fuerint, vt patet Zachar. c. 9. & 12. Sed beatiores tamen (vt ita dicam) ipsis Patriarchis seu Patribus veteris testamenti nostri fuerũt, quæ ad status ipsius legis conditionẽ, Domino in Euangelio Lucæ c. 10. dicente ad discipulos suos, & sub persona eorum ad quoscunq; nouæ legis cultores. Beati oculi qui viderũt, quæ vos videtis, dico enim vobis, quòd multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Et audire, quæ vos auditis, & nõ audiuerũt. Similiter ipsa fides viua iustos perducit ad beatitudinem, deuotis diuinã infundit medelam, in deuotis vero damnationẽ perpetuam, pænitentes reparat, in vnum connectit, quos diuersitas meritorum tenet, vt 42. dist. c. si rector post medium omnia purgat, vt 15. q. vlt. & 24. q. 1. c. si Petrus. Item omnes procellas militantis ecclesiæ superat, vt 24. q. 1. c. non turbatur in fin. & rempublicã magis quam sudores corporales gubernat, 23. q. 8. c. tributum c. quamuis. Et vbi humana ratio non potest attingere, fides comprehendit 24. q. 1. c. non turbatur. Mentem quoq; dat, & intelligentiam, quia credendo, & orãdo vt intelligat quis, quod credat, intelligit iuxta illud Esaiæ proph. nisi credideritis non intelligetis. Supplet etiam ipsa, mentem purgat, contra mundũ pugnat, postulata impetrat, constantiam, perseuerantiamq; affert, humana & terrena contemnit, contemplationis fundamentum extruit, ædificatq; Quorum bonorum operum illa præcipua causa est, quòd qui sine proposito fine cõtemplatur, ei similis est; illi qui solem sine oculis videre nititur. Filios etiam Dei dignos vita æterna efficit, ac Deo similes reddit. Deum enim ipsum per fidem cognoscimus, & videmus. Purgat atq; eripit animam a caligine peccati, errorumq; tenebris in lucem vindicat, & mediãte gratia omnem infidelitatem expellit, & eijcit, iustos meritis auget, & amplificat, martyres coronat, tamquam substantia, & fundamentum primum salutis, vt alibi Paulus de huiusmodi fide loquutus dixit. Iustitia vera esse non potest vbi sana, viuaq; non est fides. Atq; illud in primis sciendum, animaduertendũq; est, quòd ista fides noui testamenti eadem est, quæ & fides antiquorum

Beatiores quodãmodo fuerunt nr̃i ipsis patriarchis seu p̃ribus veteris testamenti.

Apostoli viderũt q̃ videre non potuerunt prophetæ multi et reges multi & audierunt.

Fides viua ĩ deuotis dã natione ĩnducit perpetuam.

Magna vis fidei.

Fides viua superat vires humani ingenij et humanæ rõnis immo dat mentẽ et intelligentiã.

Fides viua pugnat contra mũdũ.

Fides viua, humana & terrena contemnit.

Fidei viuæ præmium.

Deũ p̃ fidẽ cognoscimus

Fidei vtilitas et p̃miũ.

Iustitia non est vbi viua nõ est fides.

Noui testamenti fides eadẽ ẽ q̃ &

quorum, vt hic glos. dixit, & probat S. Thomas q. 14. art. 12. eo quòd de eodem obiecto, vnde Ephes. 4. Vnus Deus, vna fides, sed cum dicit antiquorum addas tu Hebræorum. Et secundum glos. opinionem differt a fide Hebræorũ in qualitate, quia quod ipsi credebant de futuro, vt etiam hodie credunt, nos credimus de præterito, quia credimus Christum de Virgine natum, crucifixum, & passum, vt in c. omnes quos de consecr. distin. 3. & in c. 1. huius tituli in fin. sed tu illud etiam adiungas velim, in alijs quoque differre; & præsertim in ceremonijs & ritibus, & forma ipsorum, & in alijs nonnullis, vt in moribus etiam, vt in c. ad hæc §. fin. de Iud. & Saracenis ext. iuncta ibi etiam glos. in ver. concordant. Sed quoniam satis abunde de fidei virtutibus dictũ est, quot etiam requirantur, paucis absoluam. Primum illud necessario requirendum, ac postulandum videtur, vt fides ipsa primæ veritati innixa sit; Prima autem veritas est Deus. Secundum, vt sit charitate informata. Tertium, vt religione deuotioneq; ferueat, & adsit frequens. Quartum, vt sit bonis operibus probata. Quintum, vt sit fortitudine roborata, & munita. Sextum vt sit propensa ad parendum, & obtemperandum in omnibus quæ dicta sunt. Septimum, vt humiliter, ac submisse se gerat. Tu adde octauum, quod in secundo loco quasi ponendum videbatur. Vt summa, ac fidelissima spe prædita, septaque sit. Spes enim necessaria est ad salutem, quia per spem aditum nobis patefacimus ad illud videndum, quod credimus, vt Sap. 3. c. dicit si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate est plena. Et ista fides, de qua Paulus loquutus est in sua descriptione, ualde differt ab illa materiali, quæ in rebus quæ creduntur, consistit. De qua Athanasius in suo symbolo in quo recitatis ijs quæ necessario credi debent, ea verba subijcit. Hæc est fides catholica, quæ tunc absoluta, perfectaq; connumeratur inter ipsas virtutes Theologicas, quę vt supra dictum est, sunt tres, fides scilicet spes & charitas, de quibus latè diffuseq; in 3. senten. distinct. 23. Reliquum inde est, vt de articulis fidei verba faciam. Sed prius de symbolis ipsis, in quibus articuli continentur, pauca loquar necesse est Gl. in præsenti rubr. ante fin. & Isido. in c. 17. lib. 8. asserunt quatuor esse

anti quorum Hebræ. s. exceptis ut inf.

Vnus Deus una fides.

In qbus differat fides noui testamenti ab illa Hebræor.

Differt ẽt fides noui testamenti ab illa antiq testamenti in moribus & ritibus & alijs multis.

Quot in fide requirãtur

Spes ad salutem necessaria.

Fides q̃ qua Paulus in sua d̃scriptione ualde differt ab illa materiali.

Qñ fides connumerat̃ inter ipsas virtutes Theol.

Virtut. theologales tres.

De articulis fidei.

Fidei quatuor symbola, & quæ.

vnum

Apostolorũ symb. ad instructionem nostrã factũ

vnum videlicet, quod Apostolorum symbolum appellatur, & ad nostrã institutionem, disciplinamq; factum. quod est illa editio Apostolorũ facta in primitiua ecclesia, in qua fides catholica cõplectitur. Quam editionẽ Apostoli fecerunt eo scilicet tempore quo, vt S. Clemens testatur, Apostoli de sententia, prȩceptoque Domini Saluatoris alius ab alio digressi, in omnes orbis terrarũ partes profecturi erant. Euntesque per vniuersum mundũ Euangelium omni creaturæ prædicaturi in salutem animarũ. In vnũ igitur contulerunt, quòd vnusquisque de Deo sentiebat. atque etiam vt ab illis Hebrȩis internoscerentur, qui se Christianã vitã agere simulabant: lucro enim, ac pecuniȩ dediti, ventriq; obnoxij Christum nominabant, in oreq; habebant, & prædicabant, corde verò & factis alieni erant, & a vera, cathoilcaq; doctrina abhorrebant. Hac de causa Apostoli symbolum illud, siue editionem composuere, ad eos videlicet cognoscendos, qui verè atque ex animo Christum prædicabant, & secundum præcepta, doctrinamque Apostolicam. Quare Ignatius continuè populos edocebat, & hortabatur, vt diligentius, ac firmius traditionibus Apostolorum inhærerent; quas traditiones, & constitutiones cautelæ potius gratia posteris scriptas reliquisse asserit in symbolo illo Apostolorũ; quòd hodie dicitur in matutino, iuxta illud Prophetȩ psa. 118. media nocte surgebã ad cõfitendum tibi, & alibi etiam dicit, lauabo per singulas noctes. Cuius matutinæ prædicationis, & confessionis vt effectum aliquẽ & vtilitatem ostendam, illud referam scitu dignissimũ, & auditu mirabile. Legitur in homilia beati Gregorij de quodam viro, qui semper a media nocte statim surgebat, & continuè vigilans perorabat, qui in hoc instituto tamdiu perdurauit, & perseuerauit, vt tandem vocem Domini cæleste cum magno animi gaudio misericorditer audiret dicentem: peccatum tuum remissum est. Et in prima etiam hora dicitur, & ad completoriũ. Sed hȩc oratio matutina ad Deũ clã, occulteq. habebatur. Atq; hȩc etiã editio Apostolica fuit lata eo tempore, quo ꝑsequutiones ecclesia patiebatur: Itaq; nondum fides publicata fuerat, neque in oẽs emanarat. Hodie autẽ dicitur in memoriã illius, & quasi etiã contra tenebras errorum præteritorũ, & futurorum, vt dixit S. Thomas

Apost. symb. factũ ẽ et vt Xpiani ab illis Hebr.eo gnoscerent q Xpianã vitam agere simulabant.

Symb. Apostolor. quare fuit ab Apostolis editũ alia causa.

Ignatij hortatio.

Apost. symb. illud ẽ q hodie dr in matutino & ad cõpletoriũ.

Vtilitas matutini vna recēsetur inter alias.

Assidua det esse oratio.

Tpe quo Ecclesia ꝑsecutiones patiebatur fuit lata editio symb. Apostolici.

Apost. symb. hodie cur dicat & quid.

2.2.q.

2. 2. q. 3. art. 9. vbi etiam quod ad fidem pertinet, posuere, constitueruntq; ibi duodecim fidei articulos, vt glos. hic etiam refert, pertinentes directè, & principaliter ad sanctissimam fidem. Quorum Apostolorum quilibet articulū suū posuit, vnde symbolum dictum est. Symbolum autem vnde dicatur, & vnde propriè deriuetur, ex subsequenti sermone apparebit vt glosa hic & glos. in c. 2. 15. distinct. in ver. Apostolus. Quidam existimāt à sym & bolus dictum esse, eo quòd quilibet Apostolorum suum bolum, & bucellam apposuerit, id quod non satis placet. Sed potius dictum est à verbo Græco συμβάλλω quod est in mediū, & quasi in commune aliquod signum, & quasi pignus conferre, vt est apud Comicum in Andria, symbolum dedit, cœnauit. Quia igitur omnes in vnam, eamdemq; de fide concordes conuenere sententiam, neque re vlla discrepauerunt, neque dissenserunt ab eo articulo, quem separatim quisque contulit, idcirco symbolum dictum censuerim. Quibusdam etiam hominibus doctis placet, appellatū symbolum quasi Græco verbo σύμβυλον, quod est simul, & βυλὴ quod est consilium, eo quòd in vnum de fide catholica consultarunt, in vnumq. contulerunt, & consenserūt, quo facto, fidei regulam postea tradiderunt, quæ Apostolorum symbolum est appellata, continens duodecim fidei articulos. De hoc vide quoque Ioan. Andr. in hac rubr. col. mihi 4. Neq; vero illud ignorandum est, symbolum Apostolorum tres habere partes principales, sicut etiam tres personæ sunt sanctissimæ Trinitatis, quarum prima summus Pater est, secunda Filius, tertia Spiritus sanctus. Apertissime autem declaratur, & demonstratur, quemadmodum nostra intersit, ac nos deceat, singulas personas credere, & diuinitatis vnitatem, paremq; personarum potentiam confiteri, vt Papa etiam refert in c. 2. §. harum prior iuncta glosa in ver. cum de ęqualitate 15. distinct. & in symbolo etiam Athanasij dicitur, quæ vt pares sint, æqualiterq; a nobis venerētur necesse est, vt Athanasius quoque in suo symbolo testatum reliquit. Aliud etiam secūdum est symbolum, quod Nicęnum dicitur, post Apostolos factum, & conditum, vt dicitur 15. dist. c. canones post prin. iuncta glos. in ver. Apostolos. Ad fidei explanationem, & declarationem quoque symboli Apostolici,

Symb. Apos. duodecim fidei articulos continet ptinente ad sanctiss. fidem.

Apostolorū quilibet suū artic. posuit.

Symbolū vnde dicatur.

Symb. aliq a sym & bolus dictū asserunt.

Quare symbolū dicat.

Alia sm aliquos symboli deriuatio.

Symb. Apostol. fidei cathol. regula.

Apost. symb. tres hēt partes.

Tres sunt sāctiss. Trinit. personæ.

Prima psona pr̄ est, secūda filius, tertia Spūs sāctus ī Trinit. sanctiss.

Diuina tres psonæ æqualiter et ut pares a nobis venerari debent.

Sm̄ symb. q Nicęnū ē & quare Nicęnū & qua d causa factū sit.

Quãdo Nicæni symbolũ fuit publicatum. stolici, vt sanctus Thomas dixit 2. 2. quæst. 6. not. 9. quòd in Nicæno concilio sancti Patres fide tũc publicata composuere præter eos, qui Spiritum sanctum ab vtroque procedere negabant, vt in cap. penult. & glos. etiam in ver. ex Deo, de consecr. distin. 5. post princ. & glos. etiam hic in præsenti rubr. ante finem dixit. Et illud est, quod ecclesia pacem habente, mandante Damaso Papa, alta voce in missa decantatur, vt not. Archidiac. 15. distinct. c. 2. in glos. Apostoli. Tertium est quòd in prima hora similiter, sed in Dominicis diebus alta, vt omnes intelligant, voce dicitur, ad fidei defensionem promulgatum, quòd Athanasij dicitur ab Athanasio videlicet Patriarcha Alexandrino factum. Est & quartum, quod iuris symbolũ appellatur, quod est titulus ipse de summa Trinitate, quod Innocentianũ appellatur, quia in Concilio Lateranensi fuit editum, & confirmatum ad fidei scilicet obseruationem, de quibus recte glos. in hac rubr. ante fin. & hæc de quatuor symbolis dicta sufficiant. De articulis nunc agere atque præcipere, vt supra pollicitus sum, per opportunum videtur; Vnde autem dicantur imprimis sciendum erit. Quid igitur sint articuli, & quibus publicari debeant, & a quo, & de natura ipsorum breuiter dicam. Articuli ab arctando dicuntur, quia nos arctant, impelluntque ad credendum, ut glos. dixit in cap. præsentiam §. testes, in uer. articulus, in additione de test. & attest. in 6. & secundum Isidorum, articulus fidei est præceptio diuinæ ueritatis tendens in ipsum. Quæ enim in Deo unum sunt, in intellectu nostro multiplicantur, qui etiam laicis in ecclesia sunt diuulgandi, & publicandi, ut de consecrat. distinct. 4. cap. symbolum, in quibus præualet consuetudo illa Romanæ Ecclesiæ, quæ ubiq; seruanda est in articulis fidei & sacramentis Ecclesiæ, ut glos. not. in cap. 1. in uer. docuit eo. tit. de summa Trinitate in 6. & Papa solus edit symbolum articulorum, ut in decret. dist. 43. & 24. q. 1. dicitur: Et hæc est fides, iuncta glosa in uer. comprobat. Et Io. c. 2. inquit, pasce oues meas: & ut glos. hic declarat, septẽ sunt principales, quemadmodum etiam sunt septem dona Spiritus sancti, quos quilibet Christianus scire tenetur, & credere, sicut tenet & credit sancta mater Ecclesia. In quibus an Papa possit

Mandante Damaso Papa alta voce Nicæ. symb. in missa decantatur.

Tertiũ sym. ẽ illud Ath.

Quartũ est iuris symbo. q est titulus iste de sum. Trini. q Innocẽtianum dr & quare.

Articuli qd sint.

Articuli vnde dicãtur.

Articulus fidei sm Isidorum quid.

Rom. Eccle. consuetudo seruãda quę in articulis fidei præualet alijs.

Septem sunt articuli principales.

Quilibet Xpian. arti. scire tenet.

An Papa poſſit ſup artic. fidei ſic enumeratis diſpenſare.

poſſit diſpenſare uide gloſ. in c. ſunt quædam in uer. Apoſtoli 25. q. 1. per totum. Et ſunt hi, Incarnatio, ſiue Natiuitas, baptiſmus, paſſio Chriſti, ſiue mors eius, deſcenſus ad inferos, reſurrectio, aſcenſus in cælum, aduentus eius, iudicium, qui continentur in c. 1. iſtius tituli, & in uerſibus illis, quos gloſ. hic recitat; de quibus etiam ut glo. refert Io. fleuit, ut in Apocalypſi legitur, ubi dicit. Vidi librum ſignatum ſeptem ſigillis formam imprimentibus in cælo, & in terra, & apud inferos. Et nemo fuit dignus aperire librum, niſi leo de tribu Iuda. Si tamen reſpiciamus ad eos, qui primum ſymbolum ediderunt, & ſic ex parte cauſæ efficientis, ut Ioan. Andr. hic dixit, qui fuerunt duodecim Apoſtoli, ſunt ſimiliter duodecim articuli, quorum doctrina, ut Gregorius quoque Nazianzenus de fide quodam in loco teſtatur, unà cum temporibus accreuit, quantum ad eam explicandam attinet, & declarandam in uniuerſo orbe terrarum, non quantum ad cohærentiam, & ſubſtantiam ipſorum, qui editi in lucem fuerunt, uiua uoce ab ipſis Apoſtolis cum omni cura, & diligentia. Quod ſi conſiderare uelimus omnia, quæ fide uerè, ac medullitus concipienda, & ſuſcipienda ſunt, & ſic ex parte cauſæ materialis, ut idem Ioannes dixit, articulos quatuordecim comperies, quorum ſeptem ſpectant ad diuinitatem, & alij ſeptem ad humanitatem Chriſti, quæ ſignata ſunt in ſeptem ſtellis, & ſeptem candelabris aureis, in quorum medio filius hominis ambulabat. De ijs igitur, quæ ad diuinitatem ſpectant prius dicam. Quorum primus eſſentiam reſpicit, tres alij perſonas reſpiciunt, alij tres qui ſequuntur perſonarum functiones, & operationes vt idem Ioan. Andreas in hac eadem rubrica recenſuit colum. 4. ante fin. Sed quorum reſpiciunt eſſentiam, vt Theologi in 3. diſtinct. 24. & 25. dicunt, primus ille eſt, credere in vnum Deum, non plures ea gratia, vt fideliſſimi Chriſtiani ab alijs diſtinguantur, qui Angelos colebant, vnde Angelici vocati ſunt, vt in cap. quidam autem 24. quæſt. 3. Item & ab alijs, qui aſtra cæli, & planetas venerabantur, ut gloſ. dixit in cap. 1. in princ. in uer. unus ſit, eod. tit. Nonnulli alij fuerunt, qui elementis ſeruiebant, vt in cap. quidam autem §. nos vero, & illum in

Fletus Ioãnis.

Nemo dignus fuit librũ aperire niſi leo de tribu Iuda.

Quando ſint artic. duodecim & quando quatuordecim.

Fides vnà cũ tẽporibus aucta eſt & in quo.

Artic. ſeptẽ ad diuinitatẽ ptinẽt & ſeptẽ ad humanitatem Chriſti.

Artic. ſeptẽ q ad diuinitatẽ ptinent qui ſunt.

Qui ſunt artic. q eſſẽtiã reſpiciunt.

Nõnulli Angelos coluerunt.

Nõnulli elemẽtis ſeruiebant.

quam verum Deum esse, & prospicere rebus humanis iuxta illud, Accedentem ad Deum oportet credere ipsum Deum esse, & inquirentibus se remuneratorem esse, illumq; trinum, vnum videlicet in essentia, & trinum in personis, in quo manifeste errauit Manichæus, qui dixit, vnum esse bonum Deum, alterum malum, Quæ praua & detestabilis opinio facile arguitur, quia nullus Deus suapte natura est malus, cum omnis Deus sit bonus, vt Plato in Timæo dicit, Itaque si est Deus, est bonus: Nonnulli alij dixerunt, duos esse Deos, nec addiderũt bonum, & malum. quamobrem addita fuere verba illa in symbolo Nicæni vnum Deum cum in symbolo Apostolorum dicatur simpliciter, Credo in Deum quod etiam Athanasij symbolum declarat ijs verbis. Fides autem catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur, quasi dicat Deum in essentia vnum, & trinum in personis, vt differentia sit inter Deos fictos, & Deum verum, vt hic glos. dicit in ver. vnus in c. 1. istius tituli: Sabellius verò vt Philaster ait discipulus Noæti negauit numerum personarum in diuinis, cuius auctor primus fuit Noætus, & huiusmodi pestis a Sabellio, & alijs orta, quę iam depulsa fuerat, ac desierat sub Galieno Imperatore, & Sixto Papa Secundo denuo incessit, atque emersit. Ex quo errore inde factum est, vt in alium peiorem inciderẽt, eo enim dementiæ prolapsi sunt, vt dicerent Patrem videlicet esse passum, quòd Patris & Filij eadem persona esse dicitur. Et idcirco vocati fuerunt Patripassiani, quia patrem passum esse dicebant. Tres, qui sequuntur, ad personas pertinent, quorum primus est credere in personam Patris, vt Apostolorum symbolum planè demonstrat, cum dicit, Credo in Deum Patrem omnipotentem qui prima persona est in Trinitate tempore scilicet & natura, non tamen in origine cũ Pater a nullo sit factus, nec creatus, nec genitus. Filius autem & Spiritus sanctus a Patre sunt; Filius genitus, Spiritus ab vtroque procedens. Secundus articulus est, credere in personam Filij, vt etiam Petrus credidit quando dixit. Tu es Christus filius Dei viui, in quo articulo fidei fundata est Ecclesia, vt dicit glos. in c. ita Dominus noster, post prin. in ver. & super hanc petram 19. distinct. & in c. maiores in princ. de baptismo, & eius effectu

Arguit praua & detestabilis Manichæi opinio

Deus in essẽtia vnus & trinus in psonis.

Sabellius negauit numerũ psonarũ in diuinis & Noetus auther.

Quare Patripassiani dicti.

Qui sunt articuli qui ad diuinas ptinẽt psonas.

Pr prima psona in Trinitate.

In secũdo fidei articulo fundata Ecclesia cath.

ext.

ext. hoc etiam dicit Apostolorum symbolum, quando dicit, & in Christum filium eius, qui à Patre non est creatus, sed genitus, vt Athanasij symbolum exponit, quia dicit, filius a Patre solo est non factus, nec creatus, sed genitus. In quo manifestè errauit Arrius, qui dixit Filij personam Patris persona maiorem esse, vt imperfectum filium dicat, qui potest habere maiorem, vt alienis auxilijs afferat, eum qui mittitur indigere, vt Ambros. i Lucam c. 2. in sua homilia dixit, quare in symbolo Nicæna addita fuere verba illa, Deum de Deo lumen de lumine, Deum verũ de Deo vero, genitum non factum consubstantialem Patri, qui æqualis est Patri secundum diuinitatem; minor vero secundum humanitatem, vt Athanasius dixit, qui etiam ante omnia sæcula fuit contra nonnullos alios, qui secus dixerũt. Adiuncta etiam fuere verba illa. Vnicum Dominum nostrum Iesum Christum. Ea de causa, quòd iure naturæ, substantiæq; vnicus est Dei filius Iesus Christus. sunt & qui per adoptionis gratiam, & per fidem magis in Christum filij Dei dicuntur. Vnde Io. in c. 1. dixit. Dedit illis potestatẽ filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Sumus enim natura omnes filij iræ. Christus verò natura Dei filius, qui vnicus est & dominus etiam, alij verò non sunt domini, sed ipse solus qui vnicus est, quia singulari ratione Christus dicitur Dominus credentium, seu electorum, qui & vnigenitus appellatur, vt in c. 1. de summa Trinit. in Clement. & ibi glos. in ver. Vnigenitus. qui rationem affert quare sit vnicus Dei filius, & cur vnigenitus appellatur, de qua ratione vide ibi apud glos. qui quamuis bis natus sit, & qua ad diuinitatem genitus; & qua ad humanitatem ex Maria virgine natus: non tamen duos filios dicimus. Sed Deum & hominem vnicum filium in duabus naturis permanentem, non tamen confusis, Carpocratiani vero dixerunt mixtum hominem tantum fuisse ex vtroque sexu progenitum, vt 24. q. 3. c. quidam. Sethiani vero dixerunt Seth filium Adæ esse Christum. vt in eo. c. Tertius articulus qui ad personas pertinet est, credere in personã Spiritus sancti, vt in Apostolorum symbolo scriptum legitur. Ibi enim est, Credo in Spiritum sanctum, qui a Patre, & Filio non factus est, nec creatus, nec genitus. Sed qui ab vtroque procedit, contra sententiam eorum,

Arrij maximus error.

Quare in symbolo Nicæni addita fuere illa verba Deũ de Deo.

Quare fuerũt adiũcta illa uerba unicũ dñm nrũm Iesum Christum.

Dñus credentiũ Christus dicitur.

Opinio praua Carpocratianorũ.

Sethianorũ praua opinio

Opinio falsa quorũdã dicẽtiũ Spũm sanctum non Deum, seu creaturã & quendã paruũ hominẽ.

eorum, qui affirmabant Spiritum sanctum non Deum esse, sed creaturam, & peruerso sensu esse quendam paruum hominem, vt Papa refert in c. hi vero de consecr. dist. 4. Et ideo dicitur in symbolo Nicæni, Qui cum Patre & Filio simul adoratur, & glorificatur. At verò Sabellius in pessimo, ac nefando errore versatus est ab his longe dissentiens: Is enim volebat vnam & eãdem personam fungi vice trium personarũ modo Patris, modo Filij, ac modo Spiritus sancti. Quare illud sciendum est secũdum catholicam fidem aliam esse personam Patris, aliam Filij, & aliam Spiritus sancti: vt idem Athanas. in suo symb. aperte ostendit.

Praua Sabellij opinio.

Qui sunt artic. qui personarũ operationes attingunt.

Alij tres articuli personarum operationes attingũt, quorum duo ad operationes sanctissimæ Trinitatis spectant, alius qui subsequitur Creatoris operationes exprimit, ac designat, cum Deus sit creator omnium opifex, & conditor vniuersi, vt in Apostolorum symbolo legitur, ibi enim est, Deum esse creatorem cæli, & terræ, in quo manifeste errauit Manichęus, qui gnosticos in suis opinionibus post aliquot annos imitatus est. Ipsius opiniones adeo graues, & vehementes fuerũt, quamuis falsæ, vt ab illo nomen acceperint ij, qui eum sequuti sunt. Is autem vir pessimus volebat a Deo bono visibilia solum, & omnia quæ sub aspectum cadunt fuisse creata, a malo vero Deo inuisibilia, & omnia quæ oculorum sensu nõ percipiuntur, quasi sola ea essent, quæ oculis cernuntur; cum maiora tamen præstantioraq; sint, quæ omni corpore carentia, sola mente, & intelligentia comprehẽduntur. Itaq; opinio hæc contra Paulum est ad Colossenses dicentem verba hæc: In ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra visibilia, & inuisibilia. Quo in loco plurima scitu digna animaduertuntur, & præterquam quod vir improbus gnosticorum prauis opinionibus adductus grauiter errauit, falsissimè illud quoq; addidit testamentum vetus a malo Deo esse factum, & nouum a Deo bono. dixitq; illum, qui nouum testamentum condiderat esse patrem domini nostri Iesu Christi, non autem illum, qui vetus testamentum fecit, id quod quantopere sit hæreticum satis dici non potest. Alij duo qui deinceps sequũtur articuli ad Trinitatis operationes pertinẽt, vt sunt ea, quæ ad opus gratiæ spectant, qualia sunt iustificationis opera, cuius vnus maximè articulus

Manichæi pessimus error.

Manichæus volebat a Deo bono visibilia solum fuisse creata a malo vero inuisibilia.

Deus creator cæli & terræ visibiliũ & inuisibiliũ et vniuersorum.

Alia falsa opinio.

Hæreticũ est dicere nouũ testamẽtũ esse factũ ab eo qui pr̃ est dñi nr̃i Iesu Christi & qua.

ticulus eſt, qui ponitur in ſymbolo Apoſtolorũ, qui dicit: Sanctam Eccleſiam catholicam, Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. A quo articulo illud potiſſimum docemur, debere credere ex benignitate & gratia Dei fidelium peccata remitti, noxaſq; abſolui & ſcelera deleri, in quo articulo comprehẽduntur omnia ſacramenta Eccleſiæ; & quicquid ſacroſancta Romana Eccleſia de Baptiſmo, de Euchariſtia, & de alijs pręcipit, ac prædicat ſacramẽtis, in quibus eſt fidelium communio, & peccatorum remiſſio. Quo in loco quoq; errauit Manichæus, qui ſic exiſtimauit, nobis remitti poſſe peccata non ex gratia Dei, ſed virtute liberi arbitrij nobis conceſſi. Credimus etiam reſurrectionem mortuorum & bonorum operum remunerationem. Sub quo comprehenditur, & malorum correctio, & punitio, vt ſymbolum dicit in fine ibi, expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi, quæ fideliſſimè credentiũ præmium æternum eſt, iuxta illud Matth. qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit; legitur etiam & not. in c. maiores ext. de baptiſmo quod nobis non operis natura, ſed iure promiſſionis debetur, vt Eccleſiaſticus his verbis teſtatur, omnis miſericordia faciet locum vnicuiq; ſecundum meritum operum ſuorum. id quod Matthæi teſtimonio comprobatur cap. 20. in illa parabola Chriſti de Patrefamilias, qui mittit operarios in vineam ſuam, cũ quibus de denario pactus eſt, finito labore dixit Paterfamilias procuratori, ac villico ſuo, voca operarios & redde illis mercedem ſuam, quæ eſt præmium firmè credentium, pœna verò non credentium & perpetua gehennæ, vt etiam Athanaſius affirmat in fine ſymboli ſui, vbi etiam habetur; Chriſti aduentu ad iudicium generale homines cum corporibus eſſe reſurrecturos, eo tamen verbo addito, ſecundum ſcripturas, quod verbum tamen tam ad omnẽ ſuperiorem, quàm ad inferiorem orationẽ referendum eſt, ſed præcipue articulo reſurrectionis adiunctum fuit ob ea maxime cauſam, quod temporibus Apoſtolorũ articulus ille maiori difficultate laborabat propter Saduceos, qui reſurrectionem futurã omnino negabant, veluti quoq; negarunt Seueriani de quibus Papa dixit in c. quidã autẽ 24. q. 3. Quod omne pertinet ad diuinitatẽ, cũ diuinæ virtutis, & gratiæ offitiũ ſit,

Ab illo arti. remiſſionem peccatorum docemur debere credere ex grã Dei fideliũ peccata remitti.

Alius error Manichæi.

Quæ comprehendantũ ſub articulo credimus reſurrectionẽ mortuorum.

Parabola Chriſti de patrefamilias.

Præmiũ firme credẽtiũ

Pœna nõ credentium.

In Aduentu Chriſti ad generale iudiciũ homines cũ corporibus reſurgent.

Opinio Saducæorũ negantium reſurrectionẽ futurã et Seuerianorũ.

vt peccata remittantur qua remissione peccatorũ duo bona consequimur, vnum quòd anima nostra reuiuiscit, alterum quòd nostra quoque corpora in vita resurgunt. Grauiter autem ac vehementer errarunt Iacobitæ, & Nicolitæ, Iudæi, & Saracæni, qui aliter quàm ecclesia credit de Eucharistia, & baptismo crediderunt. Neque vero etiam Græci reprehensione carent, qui falso negant sanctam Romanam Ecclesiam esse caput, ducem, & magistram, & Metropolim cunctarum ecclesiarum. Quocirca sancti Patres in symbolo Nicæni verba illa addiderunt. Apostolicam Ecclesiam. Deflexit quoque a fide orthodoxa Donatus, qui dicere ausus est baptismum iterandum, contra illud, quod in symbolo Nicæni dicitur. Confiteor vnum baptisma. Atque de articulis omnibus, quæ ad diuinitatem pertinent, hæc pauca dicta sint. Alij qui deinceps sequuntur, humanitatem attingũt. quorum primus est qui ponitur in symbolo Apostolorum in eo loco vbi dicitur. qui conceptus est de Spiritu sancto. Et in symbolo Nicæni dicitur: qui propter nos homines, & propter nostram salutem. in quo valde quoque errauit Manichæus, qui dixit, Filium Dei non esse incarnatum, neque carnem assumpsisse. cui primo concursu repugnat symbolum Apostolorum, & Nicæni præsertim, vbi dicitur: & homo factus est, & illud etiam Athanasij in quo habetur: Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima videlicet rationali, & humana carne constans, & cohærens. Secundus est, qui ponitur in eodem symbolo Apostolorum, in quo scriptum extat: Natus ex Maria Virgine, quòd etiã in symbolo Nicæni dicitur, qui ex Angelico dicto fuit confirmatus, quando Angelus dixit: Ecce concipies, & paries filium, qui vocabitur Iesus. Tertius est, qui in symbolo Apostolorum, ac pariter Nicæni ponitur vbi dicitur, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: credere enim firmè, constanterque debemus, Christum qua ad humanitatem, passum, & crucifixum, & mortuum, & sepultum esse pro nostra, omniumq; salutẽ. Ex quibus omnibus eius humanitas cuique nota, & perspecta esse potest. contra Basilianos, qui inter reliquas blasphemias, passum Iesum abnegarunt, vt 24. q. 3. c. quidam sunt. Quartus est, cui fides summa habenda est, Christum post mortẽ descen-

Remissione peccatorum anima reuiuiscit et nr̃a corpora resurgunt.

Iacobitarũ error & Nicolitarũ, Iudæorũ & Saracenorum.

Falsa opinio Græcorũ negatiũ S. Ro. Eccl. esse caput cũctarũ Ecclesiarũ.

Praua Donati opinio q dicebat baptismũ esse reiterandũ.

Artic. q humanitatem Christi attingunt.

Prim. artic. ad humanitatẽ Christi spectans.

Manichæi alius error q dixit filium Dei non esse incarnatũ.

Secundus artic. ad humanitatẽ Xpi spectat q est ille natus ex Maria virg. q Euãgelico dicto fuit cõfirmatus.

Tertius artic. q ad humanitatem spectat ille e passus sub Pontio Pilato.

deſcendiſſe ad inferos, & lymbum expoliaſſe, liberaſſeq; illos, qui Chriſtum futurum crediderant, & carnem ſuſcepturum; de qua re in Apoſtolorum ſymbolo manifeſte dicitur, quamuis in ſymbolo Nicæni nulla facta mentio fuerit. Et ille articulus in ſymbolo nõ reſumitur, propterea quod in ſymbolo Nicæni clamat Eccleſia contra hæreticos, & vociferatur. Et quod etiam, qui illum articulum negaret, inuẽtus eſt nullus; idcirco Eccleſia non reclamat. In quinto præcipitur, vt credamus Chriſtum Dei filium crucifixũ reſurrexiſſe a mortuis tertia die, vt in ſymbolo dicitur Apoſtolorum, & Nicæni, ibi enim eſt, tertia die reſurrexit, qui in ſepulchro non remanſit triduum quidem integrum, ſed per totum ſabbati diem integrum, aliorum verò duorum dierum partem attigit, vbi ponitur illa figura, quæ Sinecdochen appellatur, quæ committitur quotieſcumque pars pro toto ponitur, de qua Theologi in 3. diſtinct. 22. vbi latè copioſeq; id explicatur. Sextus articulus nos docet credere, die quadrageſimo qua ſurrexit, Chriſtum aſcẽdiſſe ad cælum cum magna Angelorũ multitudine, & ſanctarũ animarum, quæ erãt eorũ, qui poſt ſuam paſſionem ſurrexerunt, vt Matth. teſtatur c. 26. atq; etiã ſanctorum Patrum quos è lymbo liberauit a dextra ſedẽs apud patrẽ. Septimus articulus iubet nos credere Chriſti aduentum futurum ad iudicandos viuos, & mortuos, vt in Apoſtolorum ſymbolo dicitur. Quibus ex omnibus rebus conſtat fidei catholicæ quatuordecim eſſe articulos. Septem ad diuinitatem ſcilicet pertinentes, & alios ſeptem ad Chriſti humanitatem declarandam vt ſupra dictum eſt. Quorum nonnulli ſunt, qui ſtatis quibuſdam, & feſtis diebus ab Eccleſia celebrantur, vt articulus Annunciationis, Aduentus, & Natiuitatis, Paſſionis, Reſurrectionis Domini, Aſcenſionis ad cælum, de quibus in c. illa diſtinct. 12. Septem autem articuli ſunt, principales magniq; æſtimandi, ac venerandi, vt qui rationem habent ad ſeptem dona Spiritus ſancti; quos ſeptem articulos quilibet Chriſtianus ſcire tenetur & credere, ſicuti ſancta mater Eccleſia credit, & tenet. Hi autem ſunt, quos notat gloſ. hic in rubrica. Expoſitis igitur & declaratis ijs rebus, quæ ad fidei articulos ſpectant, & ad ipſam quoque fidem ſummopere pertinent, vt nihil ſit quod

Eccleſia cathol. in ſymbolo Nicæni clamat contra hæreticos

Quintus artic. eſt vt credamus Chriſtum Dei filium crucifixum reſurrexiſſe a mortuis tertia die.

Sextus articulus quid doceat.

Septimus artic. iubet nos credere Chriſti aduentũ.

Quomodo ſi dei articulos quatuordecim eſſe dicamus.

Nõnulli ſũt articuli de quibus eccleſia facit feſtum & qui.

Qui ſunt articuli q rõnẽ habẽt ad ſeptem dona Spũs ſancti.

Quilibet Christianus firmiter credere debet q̃ credit s. mr̃ Ecclesia & quare.

Dubius in fide hæreticus censetur.

prætermissum esse videatur. Illud etiam animaduertere operæprecium est cuiuslibet optimi Christiani interesse solidè firmè, constanterq; illam animo comprehẽsam tenere, & perfecte credere, quod mater ecclesia credit, & tenet, ea gratia scilicet vt Deum cognoscere possit 2.q.1.c.quia, Aliter dubius in fide hæreticus censendus est, id quod scire necessarium est, vt ab hoc malo, ac peste caueat, quicunq; Christianã fidem perfecte suscipere, atq; eam tenere vsque ad supremum vitæ diem intenderit.

Disputare de fide publice nemo imperitus debet.

Fidẽ catholicã oẽs christiani defendere tenẽtur

Qualiter fides corrũpatur

Puniẽ corrũpẽs fidem cũ etiam hosti seruãda sit.

De qua fide disputare quoq; publice nemo imperitus debet, vt in rubr. & in l. nemo Clericus C. eo. tit. de summa Trini. & vbi sana non est fides nõ potest esse iustitia, vt 24.q.1.c.vbi. quam etiã omnes Christiani defendere tenentur, vt Paulus ait ad Rom. & 96.dist.c.nos & c.vbi nam. quæ nõ aliter corrumpitur, quàm per infidelitatẽ, maxime cum quis credit diuinationibus, & magicis illusionibus 26.q.5.c.Episcopi, per quam deperditur demeritoriè, & effectiuè propter contrarietatem, & sic punitur corrũpens, cum fides hosti etiam seruãda sit. 33.q.1.c.noli. nedum Deo, qui omnium maximus est, & summus, supremusque, & non propter peccatum mortale 1.q.1.c.quod quidam ante finem, cũ Christus peccatoribus dicentibus in lege, quod Christus manet in ęternũ dixerit, adhuc modicũ lumen habetis, ambulate ne tenebræ vos comprehendant. Itaque propter quodlibet peccatũ mortale nõ priuat fide Christus, sed eo tempore, cũ peccator vitiosè se præparat directè ad tam magnũ fidei donum corrumpendum; ad fidẽ

Qui semel fidem suscepit ad illã redire cogitur.

tamen, quia semel illam suscepit, redire cogitur & illã seruare, vt 45.dist.c.videtis. & 23.q.c.ad fidẽ. de qua infidelitate hic non loquor, sed de ipsa fidelitate, & fide catholica quę vnde dicta sit & quare catholica dicatur deinceps explicabitur. Catholica fides a vocabulo Gręco habet nomen καθολική videlicet a κατὰ qđ est, secundum vel prope vel circa, & ὅλον, idest totũ vel vniuersale, & generale.

Quare dicatur Catholica fides, seu vniuersalis.

Itaq; fides catholica, siue vniuersalis dicitur eo quod circa omnia versetur loca, vel quod gẽtes, ac nationes omnes totius orbis terrarũ ad se vocat easq; complecti parata sit, vt fiat vnũ ouile, & unus pastor. Ita pertinet ad omne genus humanũ, ut omnes mortales in Christi fide salutẽ, ac uitã habeant omnibus sacramentis susceptis. Hac de causa catholica maxime dicitur,

citur, quẽadmodũ etiam catholica nominatur Ecclesia a Græco vocabulo ἐκκλησία.i.frequẽtissimus in Christũ credentiũ cõuentus atq; congregatio, ita ἐκκλησία est cõuentus peragere. Deducta autẽ a Græco, pleraq; nomina,& Latine prolata maiorẽ grauitatẽ,significationẽq; obtinent,quàm si latine solum dicerẽtur, quod parũ aut nõ multum significare videntur. Hæc igitur fides catholica multis modis dicitur, vniuersalis primo quia est vniuersalis vniuersitate sanctitatis,puritatis,& veritatis,nulla enim sanctior cõperitur, nulla purior,nullaq; verior,atq; omni macula carens,vt Euseb.& Chrysost. & Theologi omnes testantur. in Euangelica.n.doctrina maculam velle quærere, neq; exteræ nationes vllæ vnquam & barbaræ idolis etiã deditæ eò temeritatis progressæ sunt,vt Euangeliũ in re vlla tangere auderẽt: Ita fides hæc generaliter in totum, & vniuersaliter est vera, & nulla in eo falsitas inest. Secundo dicitur vniuersalis vniuersitate temporis, quod preteritũ, præsens,& futurum tẽpus respicit, vel potius ex æterno in se complectitur,quod ab æterno in ęternũ ordinata,& cõstituta fuit,quẽadmodũ etiã verbũ fuit ęternũ. Tertio dicitur vniuersalis,quod vniuersè colẽda obseruandaq; est,post habito omni alieno cultu,& qualibet alia religione neglecta,quãquam nulla alia,quàm Christiana religio habẽda est, vt sępe diximus, ac sępissimus dicẽdũ, tenendũq; est. Quarto dicitur vniuersalis, qa remedia,& medicinas cõtinet vniuersales ad curãdos animarũ languores,atq; ęgritudines sanãdas,quę nihil aliud sunt,quã peccata ipsa,quę animę salutẽ,& pulchritudinẽ perditũ eũt,q.n. maior morbus est, quę deterior pestis,q̃ peccatũ ꝙ nos a Deo seiungit,& cũ diabolo cõiũgit? Remedia autẽ ac medicinę animæ humanę lãguẽtis atq; peccatricis sunt septẽ illa sacramẽta, quorũ auctor Dñs Iesus fuit,vt Ambros.dixit,in suo lib. de sacramẽt. Quorũ lãguorũ & ĩfirmitatũ primũ est peccatũ originale,qđ Deꝰ medicina baptismi debitè sũpti sine dubio sanat. Secũda infirmitas est peccatũ mortale actuale, qđ gratia diuina animã priuat, qđ sanat Deꝰ pęnitẽtię medicamẽto. Tertia est peccatũ veniale, qđ charitatis feruorẽ extĩguit,& vbi ẽ mortale,veniale nõ remittitur,vt dixit Abb.in prohe.decre.nu.6.post pri.cũ quo verè anima paradisi ianuã intrare nõ pôt,neq; cęlo frui; veniale aũt sacra

ἐκκλησία quid.

Fides catholica dicitur vniuersalis multis modis.

Nulla natio ausa est Euangelium tangere.

Secũdus modus quare vniuersalis dicatur.

Tertius modus.

Quartus modus.

Peccata perdere faciunt salutẽ animarum.

Remedia & medicinę pro anima peccatrice sunt septè illa sacramenta.

Peccatum mortale actuale pænitentia medicamento sanatur.

Cætera sacramēta veniale peccatum facile tollunt.

cōmunione sanatur, quin etiam alia sacramenta hoc peccatum veniale facile delent. Quartus morbus animæ seu infirmitas est inscitia, & ignorantia agendarum rerum pro salute, quæ curatur ordinis sacramento ad hoc præcipue dato, vt videlicet præsules, ac ministri Ecclesiæ se, & alios bonis moribus ac fide instruant, ac vitam Christiano dignam sapienter instituant, ignorantes omnes doceant, atque erudiant. Quinta est concupiscētia, vt in c. sicuti etiam de pænit. distinct. 1. per quam aliquis cōmuniter procliuis ad libidinē efficitur, & ad quaslibet lasciuias, voluptatesque corporis, & delectationes tactus inordinatas.

Peccatū cōcupiscentiæ sanat matrimonij sacramentum.

Originalis cōcupiscētiæ fomes nō est proprie peccatū in baptizatis.

Hanc concupiscentiam corporis, mentem, rationemq; excęcantem sanat matrimonij sacramentum, quod illa restinguit, & cōprimit, ne ad illicitas, impermissasq; venereas prolabatur, vxore sua cōtentus; originalis autem concupiscentiæ fomes non est propriè peccatum in baptizatis, quamuis Paulus 7. ad Rom. figurata locutione reliquias illas peccatum appellet, ea lege tamen & conditione, vt concupiscentia originalis non eam vim habeat, vt præter eam damnationis aliquid resideat in baptizatis, qui non secundum carnem ambulant, vt ad Rom. c. 8. & concludit non esse peccatum eiusmodi, cuiusmodi in decalogo præceptorum damnantur. Sexta infirmitas est fragilitas, seu languor, & debilitas tarditasque ad bene operandum. Cui obsistit remedium confirmationis, quæ nos optimis actionibus bene cōfirmat, munit, excitat, & diffidentes ad bonam spem erigit, & fortes efficit.

Cōfirmationis remediū cui peccato principaliter obsistat.

Septima infirmitas est destitutio quædam virium spiritualium, quæ remanet etiam peccato remisso, & hæc tollitur extrema vnctione de qua Iacobus in sua epistola, infirmatur quis in nobis &c. & sicuti septē animæ sunt infirmitates, sic Deus optimus, & clementissimus septem quoque medicamenta adhibuit, quæ sunt septem illa sacramenta, quæ supra memoraui. Christus enim vt medicus è cælo missus, vt Esaias dixit c. 3. ad annuntiandum mansuetis me misit, vt sanarem contritos corde.

Quod peccatum tollat principaliter extrema vnctio.

Animæ infirmitates septem sunt.

Christus è cælo missus vt medicus.

Et ita istis medicaminibus vtens redēptor nōster Iesus Christus sanat, vt Augustinus voluit in sua quadam homil. ijs verbis, quia magnus medicus descendit de cælo, quia magnus in lecto iacebat ægrotus, quando scilicet actu, iureq; debito sacramenta ista sumun-

ſumuntur: in quibus ſub ſpecie, ac velamine rerum, quæ ſub ſenſum cadunt, diuina virtus in intimis animæ noſtræ præcordijs admirabiliter operatur, ſecuritatemq; & tranquillitatem affert, bona ſpe complet, curas, ſollicitudineſq; diſpellit, rebus aduerſis cõſolationem affert, ſecundis ab inſolẽtia reprimit, ac deniq; ex pelago humanarum rerum in portum æternæ felicitatis deducit incolumes: hæc de ſeptem illis infirmitatibus, & de medicamẽtis, quæ ad haſce optimo Chriſtiano dãtur, dixiſſe placuit; nunc vero & quæ reliqua ſunt de hac vniuerſali fide paucis abſoluam. Quinto etiam modo vniuerſalem dici poſſe Theologi præcipiunt ex eo maxime quod omnia credere fas iuſque eſt, eſſe veriſſima, quæ in ſymbolis Eccleſiaſticis continentur, vt in principio ſymboli Athanaſij diuinitus exponitur ijs verbis: Fides autem catholica hæc eſt, & reliqua. Sexto dici etiam poteſt vniuerſalis vniuerſitate auctoritatis ipſius, cuius dux, auctor, & princeps eſt ipſe Chriſtus ſaluator vniuerſi mundi, quemadmodum etiam vniuerſale dicitur concilium, quod a Papa habetur, qui vniuerſalem auctoritatem obtinet in ijs omnibus, quæ ad vniuerſalis eccleſiæ ſalutẽ, dignitatemq; pertinent. Septimo vniuerſalem appellare licet ab vniuerſitate locorum, quod vbique gentium annuntiatur Euangelium & ſacroſancta fides prædicatur ad ſalutem omnium gentium. neque angulus terrarum eſt vllus, quo Euangelicæ gratiæ fama non peruaſerit, atque penetrauerit. De hac enim annunciatione, & Euangelica gratia omnibus gentibus indicta Chriſtus Ieſus loquutus eſt ad diſcipulos verba hæc: Ite in vniuerſum mundum, & prædicate Euãgelium omni creaturæ, quod an prædicatum fuerit, necnè, vel adhuc prædicandum ſit ſubſequenti ſermone declarabitur, qui huic etiam breui doctrinæ finem imponet. Tria itaque tempora quibus fides cognita perſpectaq; eſt, conſideranda videntur vt ex ſacris collegi literis, tria etiam genere vocum fuerunt, quibus per totum orbem terrarum, mundumq; vniuerſum fides de Chriſto enunciata, & publicata fuit humana ſcilicet diuino afflatu miſſa Angelica, & elementalis. Sed primum tempus fuit quando Prophetæ Moiſes videlicet Aaron, Samuel, & alij priores prophetæ, ac patres de Chriſto futuro vocem emiſerunt,

Effectus diuinæ virtutis in ſacramentis.

Quintus modus quare vniuerſalis fides dicatur ſeu catholica.

Sextus modus.

Septimus modus.

An fides vbique prædicata vel prædicanda ſit.

Tria tẽpora conſiderãda quibus fides cognita eſt.

Primũ tempus in quo fides fuit cognita.

per

per quam ſalui facti ſunt vnde Petrus in Actibus Apoſtol. omnes Prophetæ, dicit, a Samuel & deinceps nunciauerũt dies iſtos videlicet tempus incarnationis, paſſionis, & gratiæ Chriſti, & Dauid proph. pſal. ſuo 18. dixit, In oẽm terram exiuit ſonus eorum, qui in alio etiã loco cecinit, viderunt oẽs termini terræ ſalutare Dei noſtri; quod & Iacob teſtatus eſt, dum ait, Salutare tuũ expectabo Dñe, vt etiam refert Dionyſ. Cartuenſis ſuper Matth. c. 22. art. 36. Secundũ tempus fuit adueniente Dño cum Angelo nunciante Saluatorẽ mundi Virgo cõcepit. Tertium fuit poſt primũ aduentum, & tunc ante mortem Chriſti, & poſt mortẽ conſideratur, ſonus poſt aduentum exiuit quando verbum caro factum eſt paſtoribus ab Angelo nunciatum, quod Ieſus natus eſt, & tunc paſtores cœperunt loqui ad inuicem. Exiuit etiam ſonus poſt illum aduentum quando Magi ab oriente venerunt Hieroſolymã dicentes, vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum. Atq; etiam exiuit, quando multitudo copioſa audiuit Ieſum Hieroſolymã veniſſe, quare ramos palmarũ accipientes ei aduenienti obuiã proceſſerunt clamantes oſanna benedictus qui venit in nomine Dñi Rex Iſrael. Atq; etiam exiuit, quãdo turba multa Ieſum ſequebatur, quia videbat ſigna, quę faciebat Ieſus, cęcos illuminando, infirmos curando, mortuos ſuſcitando, aquã in vinũ conuertendo, & alia penè innumerabilia ſigna faciẽdo, quæ omnia diuina opera facta fuerunt. Necnõ etiã exiuit, quando Ieſus Apoſtolis ſuis dixit: Ite & prædicate Euangelium omni creaturæ, quę voces oẽs humanæ fuerunt vna excepta, quæ Angelica fuit, quãdo ſcilicet Angelo nunciãte Maria concepit. Num autẽ Apoſtoli poſt mortem Chriſti prædicauerint vniuerſaliter per mundũ vniuerſum, vt Ieſus præceperat, ſequens declarabit oratio. Chriſtus Ieſus quãtum eius verbi ſententiã intelligo, dixit, & Apoſtolis pręcepit, vt prophetias adimpleret, quarum una illa Dauidis fuit pſal. 18. de qua ſupra, vbi vt S. Petrus Apoſt. declarat, quẽadmodum in actibus legitur Apoſtolorum, prophetaſſe certiſſimum eſt ijs verbis, In oẽm terrã exiuit ſonus eorum. Quam uócem etiam refert Papa in c. ita dñus 19. diſt. in prin. & ſic exponitur illud uerbum, exiuit, pro exibit, & idem Propheta pſal. 76. Viderunt te aquæ Deus, & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi, & in alio loco pſal.

Tẽpus incarnationis, paſſionis & gratiæ Chriſti oẽs Prophetę a Samuel et deinceps nunciauerunt.

Sm̃ tempus quo fides fuit nunciata.

Tertiũ tempus.

Sonus poſt aduentũ de Chriſto primus & prima vox.

Sonus ſecundus & ſecũda vox.

Tertia vox.

Quartus ſonus & quarta vox additur.

Quintus ſonus etiã additur.

voces ĩ Chriſto humanæ fuerunt vna excepta quæ Angelica fuit.

Dauidis prophetia.

Exiuit pro exibit.

pſal.97. Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri dixit, ideſt,uidebunt, ſcilicet tempore Apoſtolorum quod uidere non potuerunt tempore Prophetarum, ut beatus Io. Chryſoſt. ſuper Matth.5. c. declarat,quãdo dicit quod nõ miſit Apoſtolos Dñus Ieſus ad unam,duas,decem,uel uiginti urbes,prouincias,uel ciuitates, ſicut miſit Prophetas, ſed ad omnẽ prorſus terrã, ac mare,totumq; mundum,& ſic uerbum illud viderunt,pro videbitur declaratur,quem dicẽdi modum pręteritum pro futuro hebraica etiam proprie ſeruat lingua. Venit enim Ieſus adimplere leges Moyſis, & ſanctorum Patrum prophetias, non autem ſoluere, vt apud etiam Matth. ſcriptum c.5. reperitur. Et in alio loco Dñus etiã dicit eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ, & in omni Iudęa, & Samaria vſq; ad vltimum terræ, vt in Actib. Apoſt. c.4. Verba enim plana ſunt, & aperte locutus eſt ad diſcipulos Ieſus, vt prophetias adimpleret. Et credẽdum eſt ipſos diſcipulos generatim, & cõiter omnibus gentibus, ac nationibus annunciaſſe poſt mortẽ Chriſti,& imperata Saluatoris feciſſe,qui dixit,Ite & predicate; Quemadmodum etiã Marci teſtimonio aperte probatur, & cõfirmatur ijs verbis,illi autẽ profecti pręedicauerunt vbiq; tam per ſe ipſos, quam per alios ſeptuaginta duos, quos Ieſus deſignauit. Elegit.n.Dñs duodecim Apoſtolos prius pro duodecim tribub⁹ Iſrael,ſeptuaginta poſtea propter ſeptuaginta gẽtiũ linguas erudiendas. Apoſtoli autẽ in formã Epiſcoporum,in formã autẽ ſacerdotum ſeptuaginta duos,non.n.profecti ſunt Apoſtoli,& alij niſi poſt mortem Chriſti, vt latius infra declarabitur,quin etiam Auguſt.ipſe demonſtrat vbiq; fidem prædicatã in c.13.& 73.cõt. litt.pet. cũ dicit,ſicuti per verba Dei nouimus vbi nam paradiſus fuerit plãtatus, ſic per verba Chriſti vbi nã ſit catholica Eccleſia didicimus,per oẽs.n. inquit gentes idẽ Auguſt.incipiens ab Hieruſalem: ſi per omnes gentes Eccleſiã eſſe didicimus,quid eſt adhuc cur nõ & fides etiã vbiq; gentiũ eſſe, & vbiq; prędicata iure dicatur,in qua fuit eccleſia deſponſata, quę aliud non eſt,quã fideliũ congregatio & cõuentus,nõ autẽ ſynagoga: Ita ſi fides non eſt per oẽs gentes, nec eccleſia eſſe poterit, eſt.n.eccleſia per oẽs gẽtes,vt Auguſt. dixit, eſt & fides quoq; & omnib⁹ gẽtib⁹, & per omnia loca prædicata,& anunciata,ſine qua eccleſia catholica

Viderũt ideſt videbũt.

Apoſtolos miſit Deus ad omnẽ terrã & mare totum.

Præteritum pro futuro hebraica ſet lingua ſeruat.

Miſit dñus Apoſtolos ꝑ dicare ꝑ totum mundũ vt ꝓphetias adimpleret.

Quare prius ducẽ elegit duodecim Apoſtolos.

Apoſtoli poſt Chriſti mortem profecti ſunt prædicare per totum orbem.

Aug. demonſtrat fidem vbique prædicatam.

Eccleſia catholica quid.

ſtare

ſtare non poteſt. Alibi quoque dixit Auguſtinus quadripartita veſtis domini noſtri Ieſu Chriſti quadripartitam deſignat noſtri Saluatoris Eccleſiam toto ſcilicet qui ex quatuor partibus conſtat terrarum orbe diffuſam, & omnibus eiuſdem partibus æqualiter, ideſt concorditer diſtributam, vt ab Auguſtino dicitur, propterea quòd alibi in expoſitione pſalmi 86. miſſurum ſe dixit Angelos ſuos, vt colligant electos eius, & dicit electos & nō eligendos de quatuor ſcilicet mundi partibus, orientis ſcilicet occidentis, aquilonis, & meridiei, quæ aſſiduè nominantur in ſacris ſcripturis, vt idem Auguſtinus refert in expoſit. pſal. 86. Nemo itaque dubitet, neque ambigat de fide, quia etiam ipſa ab Hieruſalem cœperit, & omnes gentes impleuerit, ſi Chriſti verba tenemus, & ſi Marco credimus. Et idem Auguſt. cont. pet. c. 13. dixit, ſi Chriſti Eccleſia canonicarum ſcripturarum diuinis atque certiſſimis teſtimonijs in omnibus gentibus deſignata eſt, quæ ſine fide non eſt, quicquid attulerint Donatiſtæ, qui dicebant Chriſtum ad duas linguas remanſiſſe, Latinam, & Punicam, & quicquid etiam dixerunt Rogatiani, vel Nuptiani, aut Montenſes nolite credere, firmiſſime inquit, tenete, & nullatenus dubitetis arcam Dei Eccleſiam eſſe catholicam, quæ in omnes gentes eſt, vt idem Auguſt. cont. lit. pet. lib. 2. c. 13. quæ omnes gentes obtinuit, & tunc impletum eſt quod ante tot annos Abrahæ promiſſum eſt in ſemine eius benedici omnes gentes, vt Paulus ad Galat. c. 5. refert. Quam etiam fidem elementa omnia vniuerſaliter omnibus prædicauere, vt de elementali quoque voce hic loquar, quæ nihil aliud eſt, quam ſigna, quæ ipſa elementa faciunt, quæ ſuum auctorem veniſſe teſtata ſunt. Deum enim eſſe Chriſtum, ac veniſſe cæli connexa repleuerūt, quando protinus ſtella, quæ Magos ad Præſepe adduxit, oſtenderunt, atque exercitus Angelorum Saluatoris in lucem editi annunciator paſtoribus apparuit, vt a Solis ortu vſque ad occaſum veri Regis generatio corruſcaret, cum rerum fidem & oriētis regna per Magos ſignificari ac denotari docerent, atque hæc omnia ne Romanorum Imperium laterent, vt Leo Papa dixit in ſuo ſermone. Mare omnibus demonſtrauit, & cunctis gentibus planum fecit, cum ſub plantis eius calcādum ſe præbuit. Terra quoque

Quatuor mundi partes.

Fides ab Hieruſalem cœpit.

Opinio Donatiſtarum, Rogatianorū, Montenſium & Nuptianorū nō eſt tenenda.

Nūc adimpletū ē quod Abrahę fuit promiſſum.

De voce elementali & qua.

Deum eſſe Chriſtū ac veniſſe cæli connexa repleuere & quando.

Mare etiam omnibus demonſtrauit.

quoque poſt mortem Saluatoris vniuerſo generi humano fidem Chriſti diuulgauit & aperuit, quando eo mortuo tota contremuit, & tremefacta terrorem ingētem mortalibus intulit; quin etiam ſaxa, parietes & columnæ voces ſuas, ac gemitus effuderunt, quibus hæc omnia confirmabant, ſiquidem tempore mortis eius columnæ ſciſſæ ſunt. Illum quoque cognouit, & confeſſus eſt infernus, quia hos, quos tenebat, euomuit, ac reddidit. Omnia itaque elementa vniuerſali, ac generali voce Chriſtum Dei filium eſſe demonſtrarunt. Cuius etiam ſol ipſe princeps vitæ & lucis ſignum dedit, & nuncius factus eſt, cum radios, ac lumen ſuum abſcondit, & totum mundum obſcurauit, vt Dionyſius Areopag. teſtatus eſt; qui cum in gentilitatis errore adhuc permaneret, eo die quo Chriſtus dominus cruci affixus eſt, animaduertens præter ordinem, & contra naturam ſolem obduci, & obſcurari clariſſima voce dixit, aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina deſtruetur. Habuit etiam teſtimonium Spiritus ſancti, quando corporali ſpecie ſicut columba ſuper ipſum deſcendit, vt Luc. c. 3. Ac etiam Pater oſtendit, quando vox ipſius de cœlo audita eſt, hic eſt filius meus dilectus, vt in Matth. c. 3. habuit quoque teſtimonium Angelorum. Nonnulli fuerūt qui dixerunt fidem de Chriſto adhuc non eſſe prædicandam, quæ ſi prædicāda vbique nunc eſſet, nobis non vtiq; in tā ingēti feruore, atq; amore prædicaretur, neq; cum illa Apoſtolorum dilectione, & charitate. Hodie enim creuit malitia, hodie ſuperabundat iniquitas Charitas vero frigeſcit iuxta illud Matth. 24. cap. quę tēporibus Apoſtolorum feruebat, maximeque vigebat. Sed quicquid ſit, id omne ad Theologorum doctrinam reijcio, atque ad eorum iudicium, ſciētiamque defero. Satis ſit in præſentia cognouiſſe illam redemptoris noſtri Ieſu Chriſti ordinationem, atque conſtitutionem per quatuor mundi partes principales ore Apoſtolorum peruulgatam, celebratam, atque prædicatam fuiſſe, ut pluribus oſtenditur Auguſtini auctoritatibus, & confirmat quoque Leo Papa in ſuis ſermonibus cum hæc verba dicit: Duodecim Apoſtoli acceperunt omnium linguarum loquutionem, vt mundum Euangelio imbuerent. Vnde diſtributis ſibi ipſis terrarum partibus beatiſſimus Petrus Princeps

Terra etiā omnibus fide ipſam diuulgauit & quando.

Saxa parietes & columnæ vocē emiſerūt & ſua voce fid: de Chriſto prædicauerunt. Etiā Sol ſignum dedit & qño.

Eo die quo Chriſtus cruci affix⁹ fuit & mortuus. Sol pter naturā obſcuratus eſt.

Opinio nonnullorū qui dixerūt fidē adhuc nō eſſe pdicādā. Hodie ſupabundat malitia & charitas frigeſcit q̄ tēporibus Apoſtolorum feruebat.

Duodecim Apoſt. acceperūt omniū linguarū loquutionē vt mundū Euāgelio im. berent.

Petrus Apostolus ad vrbem Romā missus est.

Paulus Apostol. ab Hierusalē vsq; ad Illiricum missus Euangeliū diuulgauit.

Matthæus Aethiopiam profectus est.

Apostolici ordinis, vt de hoc etiam aliquid separatim attingam, ad vrbem Romam missus Dei arcem, atque domicilium Imperij profectus est; Paulus quoque alloquēs Romanos in c. 5. de se ipso testatur qui ab Hierusalem, vt ipse dicit, vsque ad Illiricum per circuitum Euangelium Christi diuulgauit, quos Roma tamquam principes veneratur, vt not. Iacobus de Valen. super psal. 46. & sic quælibet prouincia veneratur suum principem, veluti Aethiopia Matthæum Apostolum, & Euangelistā qui sua prædicatione Iudææ expleta, mox Aethiopiam profectus, Christi prædicauit Euangelium, quam prædicationē suam multis quoque miraculis confirmauit, illustremque reddidit.

Bartholom. Apostol. ad Indiam missus est.

Thomas Parthis est missus & alijs in locis ad pdicādū Iesu Christi Euangeliū.

Idem Tho. Indos etiam Christiana religione erudiuit.

Simon Canan. in Aegyptū ē missus vbi nomen Dei disseminauit.

Alij Apostoli alio profecti prædicationis munus fideliter administrarunt.

Bartholomæus Apostolus ad Indiam citeriorem, quæ ei in orbis terrarum sortitione ad publicandum Iesu Christi Euangelium obuenerat se contulit recta pergens in Lycaoniam; Is igitur India peragrata publicandi Euangelij officium sibi mandatum fideliter est functus. Thomas verò qui & Didimus Galilæus post acceptum Spiritum sanctum profectus est similiter ad denunciandum Christi Euangelium Partis, Medis, Persis Brachmanis, Hircanis, necnon & Bactrianis fidei, ac vitæ Christianæ præcepta tradidit, postremo ad Indos, & ipse quoq; se cōferens eos Christiana religione erudiuit, & quę ad eam colendā pertinēt omnia docuit, quemadmodum in eius vita scriptum legitur. Simon Cananęus, qui & Zelotes itinere facto in Aegyptū, ibi quamplurima de fide Christiana concionatus, nomen Dei in vastissimis illis regionibus, & campis, barbaris nationibus, efferatisq; gentibus disseminauit. Quæ itidem & de alijs Apostolis referri possunt, qui alij aliò profecti prędicationis munus fideliter administrarunt, & fama Christianæ religionis totum orbem terrarum compleuerūt singulis prouincijs lustratis, & longè, lateque peragratis, ita vt ex ore diuino missum illud Dauidis esse videatur. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sonus enim rumor, & fama prædicationis de

Fama de Christo p totum mundū ē publicata.

Christo totum terrarum orbem est peruagata. Obijtque portus omnes, maria, & terras quascumq; sol oriens, & occidens sua luce illuminat, lustratque, ita termini vltimi orbis terrarū, & quę cumque loca circumquaque adiacent aliquam fidei pradicatę notio-

notionem habuerunt, vel habere potuerũt: Ea potissimum quoque de causa, quòd Hierosolymis ea tempestate erãt quam plurimi religiosi viri ex omni natione, quæ sub cælo est, qui venerunt ad diem festum Pentecostes, qui audierunt sonos, vocesque Apostolorum suis quisq; linguis, quas ad omnes fines terræ detulerunt, vt dicitur in Act. Apostolorum 20. non ita tamen quẽadmodum verisimile est ex Idolorum cultu antiquitus præeunte, vt omnes ex templo, & nullo negotio crederent, a veterum enim, & maiorum religione per lõga sæcula animis posterorum insita, ad nouam traduci per quam arduum esse videtur; nõ tam celeriter igitur prædicantibus Apostolis sanctum Christi Euangelium, fidem Christianam amplexæ sunt gentes, ac nationes omnes, vt ædificata apud omnes mortales esset ecclesia, & condita, extructoque templo Christo Deo Saluatori mundi, vt dicit quoque Chrysostomus super Matth. Quæ res tamen absoluenda omnino perficiendaq; est ante sæculi consumationem, & in ipsa sæculi consumatione, vt S. Augustin. dixit ad exitium, & erit tunc secunda prædicatio, scilicet quod omnes gẽtes recipient fidem Christi, vt in Matth. c. 24. ibi, cum ergo videritis abominationem, & glos. ibi in ver. & tunc veniet consumatio &c. de qua prædicatione fidei consumatæ nunc noster non est sermo, sed de illa simplici prædicatione qua mediante totus mundus Christianæ fidei habuit notitiam. Neque verò facile credere quispiam posset, vt ad singulos homines fidei Christianæ fama peruenerit, & ad singulorum aures permanarit. Singula tamen loca, & Prouincias, & interiora Principum regna tantæ prædicationis nomen, ac famam penetrasse consentaneum est, quod vbique prædicata est. Neque falsa vox esse potest Iesu Christi dicentis: Euntes in vniuersum mundum prædicate Euangelium omni crearuræ; quum enim in his publicis prædicatur, omnibus prædicari intelligendum est; & cum edicta Principum publicantur singulis, & vniuersis publicari fatendum est. Quod Marcus quoque testimonio suo comprobauit, cum dixit, illi autem profecti prædicauerunt vbique, non dixit autem singulis personis. Lex enim diuulgata omnibus, & publicata dicitur, cum in locis publicis promulgatur, & quilibet

Quare omnes mundi partes potuerunt habere notitiam de Christo.

Secũda fidei prædicatio quãdo erit.

Sermo hic nõ ẽ de pdicatione fidei consumatæ sed de illa simplici pdicatione qua mediãte totus mundus Christianæ fidei habuit notitiam.

Christi voce demonstratũ fidem vbiq; prædicatã.

Edicta Principum qñ publicãtur singulis publicata esse dicuntur.

Quilibet sciro dr̃ leges edicta & huiuscemodi principũ iussa cũ in locis publicis sunt publicata.

scire dicitur leges, edicta, & huiuscemodi iussa principum, quũ in locis publicis indicta, denunciataque fuerunt, vt not. etiam Doct. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. & not. glos. in c.1. de post. prælat. post princ. quo in loco multa allegantur. Ex quibus rebus omnibus aduertendum est, fidem non dici catholicã, seu vniuersalem, quod singula generum comprehendat, quia

Q̃n̄o fides dicaĩ vniuersalis.

teste Apostolo ad Rom.2. nec omnium est fides, vt Dionys. Cartusian. super Matth. c.22. dixit. Sed genera singulorum, cum ex qualibet hominum conditione, & ordine, & loco aliqui adhæreant, vel potius quod generatim, vniuersaque omnes adhærere tenentur, cum nulla sit acceptio personarum apud Deum 23.

Apud Deũ nulla est acceptio personarum.

q.4. c. sicut & de consec. dist.4. c. nec quemquam circa medium. cui vt S. Augustinus dixit adhærebunt omnino ante sæculi consumationem; & Hieronymus in sua homil. super Matth. cap. 2. confirmat ijs verbis, in fine mundi Iudæi tamquam Christum ab Aegypto reuertentem illuminabuntur, Iudæi in fine mundi suscipient Antichristum, ad quorum conuersionem postea veniẽt Helias, & Enoch, & tunc in omnibus gentibus vniuersaliter ędificabitur ipsa fides, & hoc exit signum futuri iudicij, & dicit Hieronymus se reperijsse in historijs hebræorum, quod quindecim signa erunt, quæ præcedent generale iudicium; prima enim die eriget se mare quindecim cubitis supra altitudinem montium stans in loco quasi murus. Secunda die tantum descendet infra, quod vix poterit videri. Tertia die pisces, & marinæ belluæ apparentes supra mare dabunt rugitus, & mugitus vsque ad cælũ. Quarta die ardebit, mare, & aqua. Quinta die herbæ, & arbores dabunt rorem sanguineum. Sexta die ædificia ruent. Septima die petræ collidentur, & vna quæque pars collidet aliam, & non sciet homo sonum illum, sed tantum Deus. Octaua die fiet generalis terræmotus, qui tantus erit, vt dicitur, quod nullus homo, vel animal aliquod poterit stare, & ad solum omnia prosternentur. Nona die æqualiter terra, & omnes montes, & colles in puluerem redigentur. Decima die exibunt homines de cauernis, & ibunt velut amentes, nec poterunt mutuo sibi loqui. Vndecima die surgent omnia ossa mortuorum, & stabunt super sepulchra, omnia enim sepulchra aperientur, vt mortui exire

Iudæi in fine mũdi suscipient Antichristum.

Signũ futuri Iudicij.

Quindecim signa p̃cedẽt generale iudiciũ & q̃.

2. signum. *3. signum.* *4. signum.* *5. signum.* *6. signum.* *7. signum.* *8. signum.* *9. signum.* *10. signum.* *11. signum.*

exire valeant. Duodecima die verò cadent ſtellæ de cælo, In hac *12. ſignum.*
enim duodecima die dicitur, quod omnia animalia venient ad
campos rugientia, non guſtantia, neque bibentia. Decimater- *13. ſignum.*
tia die morientur homines viuentes, vt cum mortuis reſurgant.
Decimaquarta die ardebit cælum, & terra, & ſuperficies terræ, *14. ſignum.*
& aeris. Decimaquinta die fiet cælum nouum, & terra noua, & *15. ſignum.*
reſurgent mortui ſecundum virtutes, merita & demerita rece-
pturi. Et hæc erunt ſigna conſumationis ſæculi, & futuri iudi-
cij generalis, & diei illius, quem Deus omnibus fauſtum & fe-
licem reddat.

DE AEQVALITATE diuinarum Perſonarum.

FIDES Catholica ſicut tres perſonas coæternas, ita & coæquales eſſe aſſerit, quod firmiter credendum eſt: quare Athanaſius in ſuo ſymbolo hoc idem confirmans, ſed totæ, inquit, tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & quoæquales. In quibus autem trium perſonarum conſiſtat æqualitas Auguſtinus in ſuo libro de fide ad Petrum docet, Nullum horum alium aut æternitate præcedere, aut magnitudine excedere, aut poteſtate ſuperare, cum nec filio, nec Spiritu ſancto (quantum ad naturæ diuinitatem pertinet) aut anterior, aut maior Pater ſit, neque Filius Spiritu ſancto qui æternus quippe, & ſine initio eſt, cum de natura Patris Filijque procedat. Et ſic breuiter aſſignat, declaratq; Auguſtinus in quibus diuinarum perſonarum conſiſtat æqualitas; quod fit propter vnitatem diuinæ eſſentiæ vt Magiſt. ſent. diſtinct. 31. dixit, quæ incommiſta eſt & ſimplex omnino, indiſtincta, indiuiſa, incommutabilis, & perfecta, immo perfectiſſima, & tota in ſingulis vno eodemque tempore perſonis, & in qualibet ipſarum tota. Quare dominus in Matth. c. 12. vt æqualitatem ſimul, & vnitatem cum diſtinctione perſonarum demonſtraret: Ego & pater dixit vnum

Coæternas et coæquales tres diuinas perſonas catholica fides aſſerit.

In quib. triũ diuinarũ ꝑſonarũ cõſiſtat æqualitas.

Spũs sãctus ſine initio.

Quare diuinarũ ꝑſonarũ æqualitas

Diuina eſſẽtia ſimplex omnino indiſtincta incõmutabilis et perfecta.

Ondiũ æqualitas.

Oñdi ęqual. vnum ſumus dixit. Et in alio loco: Qui uidet me uidet, inquit, & patrem meum. Et alibi etiam aſſerit: Pater in me eſt, & ego in eo. Ex quibus ſumma profecto connotatur ęqualitas. Itaque cũ cælum mente, atq; intellectu intuemur, ubi (ut Propheta pſal. ſuo 102. dixit) Dominus parauit ſedem ſuam in cælo ſcilicet, & in Camera ſanctiſſimæ Trinitatis, tunc in ſolio illo excelſo, & eleuato tres illas perſonas vndique ſimiles, & omnino æquales uidemus, & in nullo inter ſe differentes, quarum nec una eſt ante, nec alia retro, neq; una ſurſum, neque alia deorſum, ubi nec pater filium in ſinu ſuo uel gremio tenet, neque a dextris, neque a ſiniſtris (cum de filio in diuinitate loquimur) ſed ubi pater eſt, & filius, ac Spiritus ſanctus pariter eſt, quod a nobis certo quodam modo intelligi poteſt, figurari autem nequaquam. Nos enim illas pingimus loco ſeparatas, illæ autem (quamuis in nullo loco circumſcriptiuè ſint (ubiq; tamen ſemper diſtinctè ſunt, & ubi pater eſt, & filius, ac Spiritus ſanctus etiam eſt, & ita tres ſunt diſtinctæ perſonæ, & una non eſt alia, ut Athanaſius etiam in ſuo ſymbolo retulit: Quo uerò ad locum indiſtinctæ omnino ſunt, quia vbi vna eſt, altera ſimiliter & vno eodemque loco, & tempore eſt in cælo & Camera illa ſanctiſſimæ Trinitatis, & in vna eademque ſede diuinæ eſſentiæ, quæ propria diuinarum perſonarum ſedes eſt, vt in hymno Natiuitatis Domini legitur. Quod ſi vna ab altera diuiſa eſſet, tunc a dextris vnam, & alteram a ſiniſtris, & vnam ſuperius, & alteram inferius eſſe facile iudicaremus cum aliqua etiam diuerſitate, & contrarietate, quas diuiſio parere, afferreque ſolet, quæ tamen in diuinis conſiderari non poſſunt. Veh enim nobis ſi inæqualitas, diſparitaſque, & diſcordia inter ipſas perſonas exiſteret, quoniam illud non ſine aliqua Deorum pluritate fieret, vnde diſcordias multas, & rixas, & controuerſias penè infinitas, atque bella plurima in cælis, non ſine graui, incredibilique incommodo, ac pernicie creaturarum omnium, oriri neceſſe eſſet, vbi etiam nec ſumma illa iuſtitia, æquitaſque (vt ratio naturalis expoſtulat) exerceretur. Eſt enim in diuinis diſtinctio perſonarum, ſed ſimplex, incompoſitaque, & ſine aliqua diuiſione; quod ſimplex illa diuina eſſentia, incompoſita,

Alia demõſtratio ęqualitatis.

Sedes Dñi in cælo.

Pater in cælo in ſinu ſuo nõ tenet neq; a dextris neque a ſiniſtris filiũ in diuinitate conſideratũ.

Diuinæ perſonæ depingũtur a nobis, ſeparatę quę tñ in nullo loco circumſcriptiuè sũt.

Diuina eſſẽtia ꝓpria ſedes diuinarũ perſonarum.

Diuiſio contrarietatem parit & diuerſitatem.

Diuinarum perſonarum ſimplex diſtinctio.

sita, & perfectissima efficit, quæ tota est in singulis personis vno eodemque tempore, & tota simili modo in qualibet ipsarum, modo mirabili, ex quo tanta paritas, tantaque æqualitas prouenit.

Vnde tanta equalitas paritasq; inter diuinas personas.

Sed hic nobis magnam illud generare & generari, atq; illud spirare ac spirari afferunt dubitationem, cum inæqualia prorsus esse censeantur; quis enim dicere poterit dignius non esse generare, quàm generari? aut quis vnquam negabit præstantius non esse spirare quàm spirari? aut dare, quod beatius est, quàm accipere? Si enim, (vt aliquibus placuit) per æquipollentiam hæc fieri dicuntur, nondum satis dubio fieri videtur cum & personæ ipsæ inseparabiliter operentur, & quando æquipolleret vni, alteri quoque simul æquipolleret, & ob id fieret, quod Pater nedum Filium generaret, sed & semetipsum, & ita similiter, Pater & Filius seipsos spirarent, quod nefas est dicere, & absurdum. Est enim Patris generatio, & Patris, & Filij spiratio, vt in capitulo De Mysterio sanctissimæ Trinitatis, quarum rationem, & modum nec humana mens, neque Angelica capere potest. Has enim operationes Theologi ad intra, vocant, quas sibi soli Deus reseruauit, & illarum scientiam, atque cognitionem non per causas, naturalesque rationes, sed quantum ipse reuelauit nobis, concessit, quod ad fidem satis fuisse videmus. Perquirere vero an illud generare ac generari, & illud spirare ac spirari æqualia sint, aut inæqualia, siue inæquales, superfluum videtur, cum huiusmodi sciri nequeant nisi prius quonam modo Pater Filium generet, & quo pacto Pater & Filius Spiritum sanctum spirent aut producant, intelligatur: quod perquirere necessarium foret, si quis per causas, & naturales rationes talia scire, intelligereq; cuperet. Verum quia has rationes & causas humana mens (vt iam pluries dixi) capere nequit, ad illam, quæ reuelationis est, scientiam & cognitionem accedere necesse fuit, quæ illas omnino similes & æquales esse demonstrat. Quis enim affirmare audebit diuinas personas inter se inęquales esse, si vna eademque diuina ipsarum essentia est, quæ tota est in singulis personis, & tota simul

Patris generatio vera ē & Patris & Filij quoque spiratio.

Operationes diuinarū personarum humana mens neq; Angelica capere potest.

Quærere an generare & generari & spirare et spirari æqualia sint superfluū est & qua ratione.

Ratio quare inæquales diuinæ personæ dici non possunt.

& eo-

Diuinæ ꝑsonæ aliud nihil sunt quã ipsa diuina essentia.

Diuinæ ꝑsonæ semper & omnino inseparabiliter operantur.

Distinctio diuinarũ ꝑsonarũ ẽ adeo simplex q̃d nullum aliũ ꝓducit effectũ pter illã simplicẽ distinctionem.

Paternitas & filiatio in abstracto inæquales sũt.

& eodem tempore in qualibet ipsarum, ac eò magis quia ipsæ diuinæ personæ aliud nihil sunt, quàm ipsa diuina essentia, inconfusa, incommutabilis, incommista, simplex omnino,& perfectissima. Neque dicere quispiam poterit ipsas diuinas personas non esse æquales, cum semper, & omnino inseparabiliter operentur, & quicquid vna ex illis operatur, omne id & totum operantur & aliæ. Aut quis dicere, affirmareq́; poterit non esse illas æquales? si illarum distinctio simplex est, quæ nullum aliũ effectum, neque diuersum, neque contrarium producit. Omnes enim diuinæ personæ æquales sunt æqualitate vnitatis diuinæ essentiæ, inseparabiliumq́; actionum, & operationum ipsarum, & ratione distinctionis, quæ simplex omnino est, & nullum aliũ parit effectum, neque diuersum, neque contrarium. Cum vero paternitatem, filiationemq́; aut generare aut generari in abstracto, aut in creaturis cõsideramus inæqualitatẽ, maioritatẽq., & minoritatẽ inter ipsas diuinas personas esse oĩno iudicabimus, vt etiã in illo alio c. An vna sit maior altera magis late copioseq́; disserui, vbi nec vnam esse maiorem, nec alteram minorem apertè demonstraui, & alia multa etiam de æqualitate personarum diuinarum excogitaui. Cætera verò, qui subtilior erit, & magis curiosus, ille cogitet, & perquirat.

Vtrum vna diuinarum Personarum sit maior, & alia minor.

Praua Arrij opinio.

Quare Athan. in suo symb. verba illa, æqualis gloria coæterna maiestas addidit.

ET ne quis vnam diuinarum personarum maiorem, & aliam minorem esse credat, quemadmodum male & perperam Arrius arbitratus est ut Iacob. de Valentia in sua expositione symboli Athanasij refert, Idem Athanasius in suo eodem symbolo illa verba addidit, Aequalis gloria coæterna maiestas. Satis superq́ue enim in illo capitulo de æqualitate personarum quanta sit in omnibus ipsarum æqualitas, tum in essentia, tum etiam in actionibus, operationibusq́ue, tum in distinctione quoque illarum, demonstrasse censeo; quarum profecto non tanta esset, si vna maior, aliave minor existeret. Et licet in proprietatibus

tatibus proprijs, seu personalibus, quæ præsenti quæstioni causam præbent, alia & diuersa, seu contraria forsan ratio videatur, cum Patrem a nullo, & ex se esse, & Filium a Patre solo esse, ac Spiritum sanctum ab vtroque procedere Catholica fide credamus; tamen (etsi inter ipsas æquales esse dixi) in istis tantum distingui diuinas personas arbitror. Et quamuis beatius sit dare, quàm accipere (vt in superiori capitulo dixi) cum Filius a Patre habeat, & Spiritus sanctus ab vtroque recipiat; non tamen vna maior est, & alia minor, vt quæ sequuntur declarant. Diuina essentia (vt regula, quæ in Theologia habetur, nos docet) est summè vna, vt de consec. dist. 3. & in c. 1. de summa Trinit. ext. in verbo natura, & ibi glos. non diuisibilis in plures essentias, & quamuis diuinæ personæ, in cuius diuinæ essentiæ vnitate sunt, inter se distinctę sint, non in essentia tamen, cum distinctio tantum sit in personis, vt alia regula in Theologia dicit, non tamen vna maior est, aliaue aliquo modo minor; Cum aliud non sint ipsę diuinæ personæ, quàm ipsa diuina essentia, quæ indiuisibilem habet vnitatem, & est tota in singulis, & tota in qualibet ipsarum pari modo, non in partes diuisa, sed sine confusione coniuncta, vt Athanasius in suo symbolo dixit, & vno eodemq; tẽpore simul tota in totis, quod est illud magnum, & admirabile mysterium, & arcanum; quòd si vna maior, aliaue minor existimaretur, cum ipsæ diuinæ personæ aliud nihil sint, quàm ipsa diuina essentia, vt in dicto c. damnamus & in dicta glos. in verbo Natura eo. tit. Tunc ipsa diuisa sine dubio, & distincta, (vt natura diuisionis patitur) censeretur, quod est contra regulam Theologicam, quæ habet, quod diuina essentia non est diuisa, neque diuisibilis, neque distincta, neque distinguibilis, quòd si non esset diuisa, esset saltim mutabilis, vel mutaretur si maior & minor censeretur, neque id sine aliqua sui mutatione fieri posset, & alteri regulæ contradiceret, quia diuina essentia numquam mutatur, vt in dicto c. 1. & in c. damnamus §. nos vero, eo. tit. vel. Saltem vno eodemq; tempore diuerso iure censeretur, contra aliã regulam iuris, quę declarat, quòd nulla res potest vno eodẽq; tempore diuerso iure censeri. Constat igitur manifeste, quòd vna non est maior, & alia minor. Cum vero paternitatem, filia-

Pater a nullo, Filius a Patre solo, Spũs sanctus ab vtroq;.

Dare beatius est quã accipere.

Filius a Pr̃e solũ hẽt, & Spũs sãctus ab vtroq; ꝑcedit.

Diuina essẽtia est sũme vna.

Diuina essẽtia nõ est diuisibilis ĩ plures essentias.

Diuinæ personę aliud nihil sunt quã ipsa diuina essentia.

Nota magnũ mysterium.

Diuinæ personę aliud nihil sunt quã ipsa diuina essentia.

Regula est Theologia quod diuina essentia non ẽ diuisa neque diuisibilis.

Diuina essẽtia numquã mutatur.

Iuris regula

Pr̄nitas in abstracto & filiatio si c-siderentũ tũc maioritate et minoritatẽ videmus.

Declaratio verborũ sm̃ diuinitatẽ.

Gn̄are & generari ac p̄ducere et p̄duci qm̃o in diuinis sm̃ aliquos.

Regula Theologiæ.

Omnis actio diuinę essentiæ, est ipsa eadẽ diuina essentia.

Accidens in diuina essentia esse non potest.

Diuina essẽtia omni cõpositione caret.

Distinctio diuinarũ p̄sonarũ aliud nihil præsupponit, q̃ ipsã simplicẽ distinctionẽ.

Praua Arrij opinio.

tionemq̃ue in abstracto, absolutè, & simpliciter, aut in creaturis consideramus, Patrem scilicet vti Patrem Filio digniorem, maioremue esse fateamur oportet, in diuinis verò personis illa contemplando, cum aliud nihil sint, quàm ipsa diuina essentia, etsi inter se distinctæ sunt, maiorem vnam alia non esse, testatur idem Athanasius in eodem symbolo, quando dicit, æqualis Patri secundum diuinitatem, idest, secundum diuinæ essentiæ vnitatem, quia de Filio in diuinitate hic sermo habetur. Nec nos afficiat illud generare, ac generari, & illud producere, ac produci, quoniam per æquiualentiam diuinæ essentiæ (vt nonnullis visum fuit) fieri videntur. Aequiualet enim ipsa diuina essentia paternitati, filiationi, & spirationi simul & æqualiter, prout illis conuenit, quæ nec aliud sunt illa generare scilicet & generari, ac spirare & spirari, quàm ipsa diuina essentia. Regula enim est in Theologia, quod omnis actio ipsius diuinæ essentiæ, est ipsa eadem diuina essentia, nec aliud vltra, neque extra, vt glos. dixit in cap. 1. in verbo Natura eodem tit. cum accidens aliquod in ipsa diuina essentia esse non possit, nec illæ diuinæ personæ ob eamdem causam maius aliquod neque minus habent propter diuinæ essentiæ vnitatem, & simplicitatem, cuius diuinitatis simplicitatisque diuinæ essentiæ causa, quam indiuisibilem omnino esse demonstraui, immutabilemq̃ue, & omni compositione carentem, nulla est maioritas, nullaue ipsarum minoritas, sed summa paritas, similitudo, & æqualitas, non solum in æternitate, magnitudine, & potestate, vt in capitulo de æqualitate personarum dixi; sed & in perfectione, & omnibus alijs, quæ de Deo, & diuinis personis dici possunt, etsi personæ inter se distinctæ sunt, quia illarum distinctio aliud nihil dicit, & aliud nihil designat præter illam puram, simplicem, & absolutam distinctionem, quam necessariam fuisse dico; cum alia sit persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti, vt Athanasius dixit, quæ nisi distinguerentur, alia atque alia persona non diceretur: quæ omnia cum bene considerantur, os claudunt omnibus dicentibus vnam esse maiorem, aliã vero minorem, vt Arrius ille arbitratus falso est, quando Patrem videlicet vti Patrem in di-

in diuinis conſideramus, quia ſemper Filius Patri eſt æqualis, & vtrique Spiritus ſanctus & nulla maior, nullaque minor eſt, ſed tantum ſimplici & pura abſolutaque diſtinctione diſtinguuntur, quæ nullam affert inter ipſas diuinas perſonas alterationem, neque augumenti, neque diminutionis, vt dicamus ſemper diuinam eſſentiam eſſe immutabilem, & conſequenter ipſas diuinas perſonas, quas nihil aliud eſſe declaraui præter illam diuinam eſſentiam, etſi inter ſe diuina illa diſtinctione diſtinctæ ſunt. Et quamuis Pater a nullo, & Filius a Patre habeat, & Spiritus ſanctus ab vtroque recipiat, quæ dignitatis ſunt, dignius enim eſſe videtur generare quàm generari, & dare quàm ab alio accipere; tamen hæc non mutant naturam æqualitatis perſonarum diuinarum, ſed ſemper (vt ex iam dictis demonſtraui) ſunt pares, ſimiles, & æquales, nec alia res dicuntur; quòd ſi alia res dicerentur generare & alia generari, Pater dici poſſet aliquo modo Filio dignior & maior, ſed cum Deitas ſit in Patre, & Filio, ſequitur quòd eadem res ſit in vno, quæ eſt in alio, immo res illa, quæ eſt generare, eſt in Filio, quia Deitas (quamuis Deitas non videatur æquiualere ipſi generare prout in Filio conſideratur, ipſa tamen eſt in Filio). Nam ſi Filius eſt illa res, quæ eſt generari, & Pater illa, quæ eſt generare, & illa, quæ eſt generare illa eadem eſt, quæ & generari; quicquid habet Pater formaliter habet Filius, & Spiritus ſanctus, vel formaliter, vel realiter, aut identicè, & quicquid habet Filius, habet Spiritus ſanctus, vel formaliter, vel realiter, aut idempticè, & quicquid habet Spiritus ſanctus habent Pater, & Filius pari modo; illa ergo eadem ſunt in omnibus perſonis, ſed non eadem eodem modo ſunt in omnibus perſonis, conſideratione tamen & diſtinctione: qua de cauſa aliqua perſonis appropriata reputantur non diſtincta (licet perſonæ diſtinctæ ſint).

Sẽper Filius in diuinis æqualis ẽ Patri & vtriq; Spũs sãctus.

Diuina eſsẽtia semp̃ immutabilis et conſequẽter diuinæ perſonæ.

Dare dignitatis eſt.

Gñare & generari ac ſpirare et ſpirari in diuinis non mutant nãm æqualitatis diuinarũ p̃ſonarũ.

Ratio quare eadẽ res eſt in vna p̃ſona ſicut & in alia.

Quicq̃d habet P̃r formaliter habet et Filius & Spiritus ſanctus vel formaliter vel realiter aut idẽptice

Nos enim ipſi conſiderare poſſumus quomodo quinarius numerus dexteræ manus indiſtinctus ſit in ſiniſtra, vbi nec quinarius alius eſt a quinario ſiniſtræ, nec vno modo in vna, nec alio modo in alia, nec in partes diuiſus, qui totus eſt in manibus, etſi digiti vnius manus alij ſunt a digitis alterius.

Quinarius dexteræ manus alius nõ eſt a quinario ſiniſtræ.

Nec minus credere debemus Filium a principio Patre minorẽ; nam hoc quod animalis generatio de potentia ad actum, & de imperfectione ad perfectionem paulatim procedat, in diuina generatione minime contingit, vt sanctus Thomas in sua summa contra gentiles lib.4.c.11. dixit. Firma itaque remanet illa conclusio, quod vna diuinarum personarum non est maior, nec alia minor, quod si ab hac sententia recederemus in errorem vtique prolaberemur. Vnde discordiæ potius rixæ, dissensiones, & bella multa, tandem in cælis orirentur, vt in alio c. iam ostendi. Diuersitas enim maioritasque, & minoritas discordiarum, malorumq; omnium causa semper & origo fuere, quæ numquã in cælis (Luciferi superbia postposita) extiterunt, nec sunt, nec erunt propter magnam illam diuinæ essentiæ vnitatem, simplicitatemq; & magnam in omnibus personarum diuinarum æqualitatem, quam superius etiam docui. Quamobrem & Beda nullum potuit, inquit, esse maius pacis indicium, quàm vna totum orbem descriptione cõcludi, & Magister etiam sententiarum in suo libro de Trinit. scriptum reliquit, Patrem Filio non esse maiorem, neque Filium Spiritu sancto, neque duas illarum maiores vna, neque tres duabus, neque maiorem quantitatem in vna vel duabus, quàm in tribus, vel in tribus duabusque, quàm in vna, propter ipsius diuinæ essentiæ indiuisibilem vnitatem. In igne verò a quo motus, lux, & calor procedunt, diuersum quippe atque aliud iudicamus, cum motus lux & calor, qui ab ipso igne procedunt, diuersos inter se ipsos esse videamus, atque ab ipso igne diuersos, & diuersas quoq; habere operationes. Motus enim ignis suo continuo motu mouendo operatur, lux verò lucendo, & calor calefaciendo, qui nec simul operantur, (etsi vno eodemq; tempore suas assidue exerceant operationes, distinctè tamen, separateq;) nec alter illorum alterius in operando auxilio indiget, cum quilibet eorum distinctum, atque diuersum sortitus sit officium, & diuersas operationes, vt modo dixi, distinctè, segregateq;, atque separatè pertractant, licet vno eodemq; tempore cum ipso igne sint, & oriãtur. Cum autem ignis est, statim motus est, statim lux & calor est, & quilibet ipsorum (vt dictum est) distinctum habet officium, distinctèq; operatur, & di-

Animalis generatio de potentia ad actũ & de imperfectione ad perfectionẽ paulatim procedit q̃ in diuina generatione minime cõtingit.

Si vna maior & altera minor esset, discordię bellaq; essẽt in cælo.

Nullũ maius indiciũ pacis q̃ vna totum orbẽ descriptione concludi.

Diuersi sunt effectus motus, lucis & caloris, & diuersi sũt inter se atque ab ipso igne diuersi & diuersas quoq; habent operationes.

Motus, lux, et calor vno eodemq; tẽpore cũ ipso igne oriunt.

& distinctè ad differentiam diuinarum personarum, quæ simul & inseparabiliter operantur, & illud quod vna potest, & aliam quoque posse non dubitamus, ob indiuisibilem, incommutabilemque diuinæ essentiæ vnitatem, quæ nec similem habet, neque æqualem: Ex quo fit, vt tanta sit paritas, conformitas, & æqualitas inter ipsas personas, quarum nulla maior, nullaue minor existit, sed omnes pares, similes sunt, & æquales. Aequales, inquam, non secundum relationem (quod bene aduertendum est) nec secundum quod a Patre dicitur Filius, sed prout secundum quod in diuinis consideratur, & secundum substantiam, & essentiam diuinam, quarum eadem omnino est. Aequalitas ergo Patris & Filij non est relatio, vel notio, sed naturalis vnitas, & idemptitas, quemadmodum docet Magister sententiarum distinct. 3. Quod enim dixi de Patre, & Filio, illud idem dicendum & de Spiritu sancto asseuero. Nec tantæ paritati, similitudini, atque æqualitati ipsarum diuinarum personarũ contradicit Dominus cum in Matth. c. 14. dicit: Pater maior me est; nam tunc Filius de se ipso tamquam homine loquitur. Neque contradicit idem Dominus quando in Ioan. c. 7. Mea doctrina, inquit, non est mea, sed eius qui me misit, ostendẽdo quàm maior sit Pater ipso Filio in humanitate, manens æternaliter in diuinitate æqualis, sicuti Dominus in Ioan. c. 14. expresse testatur dicens, Creditis in Deum, & in me credite, æqualem se Deo Patri faciendo, dum eamdem ipse de se fidem exigit, quæ habetur de Deo Patre. Itaque Paulus ad Philip. cap. 2. ait: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Et alibi idem Apostolus: Cum autem omnia fuerint ei subiecta, tunc & ipse filius subiectus erit, qui omnia illi subiecit, dixit, de Filio scilicet in humanitate; vt August. in suo libro de Trinit. c. 8. declarat. Dicemus igitur Dei Filium esse Deo Patri natura parem, similem, & æqualem, habitu vero, & in forma, quam accepit, in humanitate scilicet minorem, vt idem Augustinus in dicto c. 8. declarat, & Athanasins in suo symbolo.

Diuinæ personæ simul et inseparabiliter operanẽ.

Aequalitas diuinarum personarum quomodo.

Aequalitas diuinarum psonarũ non est relatio neque notio sed naturalis vnitas et idẽptitas.

Paritati & æqualitati diuinarum personarum non cõtradicit dñus Iesus in Matth. cap. 14. neque in Io. c. 7.


S. Paulus de æqualitate.

Paul⁹ de Filio in humanitate.

Filius in diuinitate Patri æqualis ẽ in humanitate minor.

DE MY-

DE MYSTERIO S. TRINITATIS, illiusq́; altissimo, & profundissimo arcano, & quomodo ad illius, diuinarumq́; persona- rum cognitionem deueniatur.



Deprecatio Auctoris.

HACTENVS de æqualitate diuinarum personarum, & quomodo vna non est maior altera pro viribus ingenioli mei dixi. Nunc arbor altissima da mihi pennas sicut columbæ, & volabo in supercælestem illam regionem vbi omnis secretorum omnium diuinarum rerum cognitio, & scientia præsertim tanti Mysterij, & arcani sanctissimæ Trinitatis reposita est, quam nedũ humana, sed neq; Angelica mens capere, neq; considerare potest: Aut flecte ramos, & inclina cælos tuos, descende, tange montes, & fumigabunt tuæ diuinitatis mysteria, quod si me destitueris, & ita mẽtis meæ oculos non aperueris ciuitatis tuæ miracula, neq; hoc sanctiss. Trinitatis arcanum cõtemplabor, sed cum Paulo dicere me necesse erit: O altitudo diuitiarũ sapientiæ, & sciẽtiæ Dei quàm incõprehensibilia sunt iudicia eius, & iinnuestigabiles vię eius: Quis enim tanti Mysterij & arcani latebras tentare, aut quis illa sua mẽte, atq; intellectu capere poterit, cum Deus ipse, vt Apostolus ait, lucem habitet inaccessibilem. Multa enim extant monumẽta, & scripturę multæ, & libri penè innumerabiles de Deo, & quod Deus est, vt credere nos omnino debemus, & tenemur quia est. Et quamquã infinitæ sint rationes, quę nobis Deum esse aperte bstendunt; attamen magna semper fuit Philosophorũ contentio & cõtrouersia, & diuersę quoq; eorumdẽ opiniones, & sententiæ, cum de Deo simpliciter dicere difficillimũ, arduũq; semper fuerit, vt Cic. in lib. de nat. Deor. scriptũ reliquit, & sanctus quoq; Tho. 1. par. art. 7. nos edocuit. Infinitum enim scibile non esse declarauit Aristo. 2. phys. Et propterea tantus est Deus, Lactãt. Firmian. de ira Dei c. 10. dixit, quod ab homine nec verbis enarrari, neque sensibus æstimari valet. Sed proh quàm difficillimum erit de mysterio sanctiss. Trinitatis, illiusq; altissimo, & profun-

Humana mens neque Angelica potest capere mysteriũ sãctiss. Trinit.

Pauli admiratio.

Deus lucem habitat inaccessibilẽ.

Deum esse multis rõnibus demonstratur.

Fuit controuersia Philosoph. de Deo et diuersæ opiniones.

Deus ab homine nec uerbis enarrari p.t, nec sẽsibus æstimari

profundissimo arcano disserere, cum & mente percipi, intellectuq; intelligi, & ratione comprehendi minime queat; superat enim ipsum omnem sensum, omnemq; intellectum, & omnes intelligēdi rationes, & sedet super Cherubin, idest, super plenitudinem scientiæ. Sentio enim quod in explicādo, mysterij huius & arcani magnitudo omnes vires meas excedit, quare mens deficit, & vox silet, & stupore maximo affectus admiror, obmutescoq; & valde timeo non corde, sed ore forsan, aut calamo errare: cum & mente syncera puroq; corde firmiter id semper crediderim, & cęteros fidei articulos non secus ac credit, & tenet sancta mater Ecclesia Catholica. Itaq; hāc summā rem cum timore, & tremore, ac etiam modestia, & mente attenta, atq; omnino deuota tractare institui, quod & quilibet Christianus, ac Deo deuotus facere debet, quia vt August. in libro qui est de Trinitate declarauit, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Et quamuis, vt Ambros. in sua homil. super Matth. c. 1. retulit, diuina lateāt mysteria, nec facile iuxta Propheticum dictum, quisquam hominū Dei consilium scire possit, vt idem Ambros. in suo codē 1. c. neq; operum omnium, quæ fecit Deus homo certā rationem reddere possit: Tamen ex cæteris dictis, ac Domini præceptis possumus aliquid intelligere. Verū enim verò cum hoc sanctiss. Trinitatis mysteriū, & arcanum ab ipsa diuina generatione, illiusq; diuinæ generationis personis procedat, nō quid ipsa proprie sit exordiri incipiā & enarrare, quę nullo pacto enarrari potest, Isai. c. 13. dicēte, Generationē eius quis enarrabit; sed quod ipsa est & quod Paternitas, & Filiatio, & Spiratio seu processio in diuinis est, pro faciliori intelligentia eorū, quæ ad declarationē sanctiss. Trinit. mysterij, & arcani pertinent principiū faciā, eaq; premittā. Quomodo autē diuinarū personarū cognitio haberi possit, cum ex re nō sit secundo loco quantū in me erit aperiam. Cętera verò quę principalia in hoc præsenti capitulo sunt, de mysterio erunt sanctiss. Trinitatis, & arcano. Tradit enim nobis sacra scriptura illud generationis nomē, vt in veteri, nouoq; testamēto, & in multis alijs sacrę scripturę literis legitur: Ait enim Dñus per Isai. vlt. Si ego qui alijs generationem tribuo sterilis ero? quasi dicat nō.

Myst. S. Trinit. superat oēm sensū et oēs intelligēdi rationes.

Credere debemus sanctiss. Trinitatē illiusq; mysteriū ac cæteros fidei artic. vt credit & tenet sancta mater Ecclesia Catholica.

Lateāt diuina mysteria

Dei consiliū quisq̄ hominum facile scire potest.

Operū q̄ fecit Deus homo certā rōnem reddere non potest.

Diuina gñatio enarrari nullo pacto potest.

Principalis istius capituli intētio est de mysterio sanctissimæ Trinitatis.

Et rursus in alio loco, generationẽ eius quis enarrabit. In psalmo quoque secundo legitur: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et iterum idem in alio loco, ipse inuocauit me Pater meus es tu. Quam generationem Ioãnes etiã in suo primo cap. demonstrauit, quando verba illa protulit: Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a Patre. Et in alio loco iterum Ioannes, vnigenitus Dei Filius, qui est in sinu Patris, scripsit. Et Paulus 1. Hebræorum locutus ait, Cum iterum producit primogenitum in orbem terræ. Et in varijs alijs, diuersisq́ue locis tam veteris, quàm noui testamenti, ac etiam sacræ scripturæ literis hoc generationis nomen ostensum fuit; generationis, inquam, non secundum humanitatem, sed secundum diuinitatẽ, qua ab ęterno Filius a Patre sine matre nascitur, quẽadmodum & paternitatis, filiationisq́; nomina, quę similiter veteris nouiq́ue testamenti sunt, & aliarum sacrarum scripturarum. Dicitur enim Deuteron. 32. Numquid non ipse est Pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? Et in Isa. c.63. legitur, Tu domine Pater noster, & Redemptor noster à sęculo nomen tuum. Hæc eadem nomina in nouo similiter testamento, & in alijs sacræ scripturæ literis, sed clariori voce sæpissime tamen expressa reperiantur, quando præsertim Dominus Iesus Matthæi voce c.12. Ego & Pater vnum sumus dixit; Et in Ioan. c. 8. idem Dominus ait, si me sciretis. Et Ioan. in suo primo cap. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, cecinit. Et alibi Apostolus Christum Dei filium confitentem: Benedictus Dominus Deus, & Pater domini nostri Iesu Christi exclamat. De Spiritu sancto habetur in Ioan. c.15. & 16. quando Dominus dixit, Qui a Patre procedit ille testimonium perhibebit de me. Sunt & alij loci penè quidem innumerabiles in quibus paternitatis, filiationisq́; nomina, & spirationis ac processionis longe satis expressa reperiuntur, quæ nunc hic prolixitatis euitandæ gratia non refero. Sed quonam modo diuinarum personarũ cognitio haberi possit nunc hic facile quidem declaro, quod facile etiam declaratur si Patris Filius prius audiatur, quod & Patris præceptum est, quando videlicet vox illa de cælo intonuit: hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Præcepit enim

Diuina generatio est illa qua ab ęterno Filius a Prẽ sine matre nascitur.

Prnitatis filiationisq́; nomina sunt ẽt veteris & noui testamenti.

De Spũ sancto vbi habetur vide.

Qm̃o diuinarũ cognitio haberi possit.

Præceptum Dei Pris est audire Filiũ

enim Dominus, & expresse mandat Filium audiri, vt in Matth. cap. 11. legitur; quem etiam audiuimus, & bene quidem, quando idem Dominus in eodem cap. 11. dixit, quòd nemo nouit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, quod est summa cognitionis paternitatis, filiationisque, si rectè verba illa considerentur. Sed vt velum tantæ cognitionis ab oculis nostris remoueatur, idem Dominus illa verba in eodem cap. subiunxit, & cui voluerit Filius reuelare: non enim ratione, mente, atque intellectu diuinas ipsas personas comprehendi voluit, & totaliter intelligi, sed reuelatione tantum, vt ipsa duce, etsi non totalis, aliqua saltem diuinarum personarum cognitio, reuelationis scilicet haberetur. Dei enim inuisibilia, idest essentialia Dei attributa, quæ humano generi sunt hodie inuisibilia, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; vt Paulus 1. ad Roman. declarat. Exemplis enim, similitudinibus, coniecturisque, & rationibus rerum creatarum inuisibilia, & essentialia Dei attributa certo quodam modo intelliguntur, non autem ipse Deus, qui lucem habitat inaccessibilem, & quem nullus hominum vidit vnquam, vt Ioan. cap. 10. dixit, neque illas diuinas personas, quas nulla nouit creatura, vt idem quoque Dominus in 11. Matth. docuit. Quæ enim supra rationem sunt, non humana ratione, sed quantum diuinitus reuelantur, noscuntur. Legitur enim Ioannem post sibi diuinitus factam diuinarum personarum reuelationem in suo primo cap. cecinisse, quòd in principio erat vebum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum; vbi ipse quoque paternitatem, filiationemque demonstrat, non autem diuinitatem ipsam, nec quid ipsa sit, neque quid Pater, & quid Filius, aut Spiritus sanctus. Prædicauerunt Christum Prophetæ, diuinitatem verò ipsius neque in Prophetis, neque in Euangelio hæretici quidem cognouerũt dixit Augustinus super Ioan. cap. 10. Stephanus etiam vidit cælos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei. Et hic est verus ille modus diuinas agnoscendi personas Patris scilicet, Filij, & Spiritus sancti: De Spiritu sancto, qui est tertia in diuinis persona, Genes. in princ. sermo factus est cum dicitur: Spiritus dñi ferebatur super aquas; & in Ioan. c. 15. & 16. Quod enim dictũ est de

Nemo nouit Patrem nisi Filius neq; Filium nisi Pater, et cui voluerit Filius reuelare.

Diuinæ personæ non cõprehendunt rõne neq; intellectu, sed reuelatione tantum.

Dei inuisibilia per ea q̃ facta sũt cõspiciũtur & intelligunt.

Deus lucem habitat inaccessibilẽ.

Quæ supra rõnẽ sunt diuina reuelatione noscuntur.

Ioãni facta fuit reuelatio de diuinis personis.

Prophetæ p̃dicauerunt Christũ, diuinitatẽ eiũ non cognouerũt hæretici neq; in Prophetis neque in Euãgelio.

Spũs sãctus 3. est in diuinis persona.

diuinis personis, illud idem dicendum arbitror & de mysterio sanctissimæ Trinitatis, illiusq; altissimo & profundissimo arcano, quod simili ac pari etiam ratione cognosci potest, vt in Matth. cap. 12. Dominus nos docuit, quando aperta voce dixit: Ego, & Pater vnum sumus; Et in Ioan. quoque cap. 14. idem Dominus, Pater in me est, & ego in Patre similiter ait. Item in eodem cap. qui videt me, videt & Patrem meum locutus est; In quibus omnibus prænotatis locis pluritatem personarum, item & diuinæ essentię vnitatem simul ostendit, quod est magnum illud mysterium & arcanum, quod & intelligere, & ratione comprehēdere maiores nostri non potuerunt, cuius nec alia propria cognitio est, nisi diuinæ illius reuelationis; abscondita enim hæc sunt a prudentibus & sapientibus, & cælestis disciplinæ, idest Christifidelibus qui paruuli nuncupantur, reuelata, vt in Matth. cap. 11. legitur; quæ nec loqui licet si Pauli verba 2. Corinth. considerantur, qui dixit: Audiui arcana Dei, quæ non licet homini loqui. Nullus enim sermo est mysterij huius & arcani, nullaque consideratio cum a sola Dei voluntate pendat, & sola Dei voluntate fiat; Deficit namque sensus humanus vbi natura non est, sed virtus Dei tantum: Et propterea beatus Vincentius in suo sermone, qui est de Natiuitate Christi, scriptum reliquit, quòd mysteria quæ a sola Dei voluntate pendent, vt hoc sanctissimæ Trinitatis mysterium & arcanum, non nisi diuina reuelatione cognosci possunt, quemadmodum & mysteriū quoque sanctissimæ Conceptionis Domini nostri, quod cum a mera & sola Dei similiter voluntate pendeat, non Patriarchis, neque Prophetis, aut alijs sanctissimis viris, sed beato Michaeli Archangelo, & ab eodem beatæ Virgini docet fuisse reuelatum, quemadmodum & Apostolis mysterium Regni Dei, vt in Luc. cap. 8. legitur. Fidei enim hæc sunt, & in sola scilicet fidei reuelationis cognitione consistunt, quæ cū in Domino facta sint, qui est via, veritas, & vita, vt in Ioan. cap. 14. habetur, certior & firmior est ipsa humana ratione, quæ nos modo huc, modo illuc pro libito nostræ voluntatis impellit; nec fides haberet meritum si nostra hæc humana ratio præstaret experimentum, vt Augustinus 3. epist. scripsit, & Gregorius in suis homilijs super Ioan.

Pr̄ et Filius vnum sunt. Pater est in Filio & Filius in patre Qui videt Filiū videt & patrē, & qui uidet Patrē videt & Filium.

Mysterium sanctiss. Trinitatis diuina reuelatione cognoscitur.

Mysteria q̄ a sola Dei volūtate pēdent, diuina solū reuelatione cognosci possunt.

Mysterium sanctissima Cōceptionis B. Michaeli Archangelo & ab eodem beatæ Virgini fuit reuelatum.

Reuelatio a Dño facta, certior est ipsa humana ratione.

Ioan. cap. 2. & Papa quoque in cap. in domo, post principium, iuncta etiam glos. in verbo; Non deuitare. quod vtique præstaret si comparationibus, exemplis, coniecturisque, aut similitudinibus diuina hæc probarentur, cum nulla quidem creatura sit, quæ Deo, diuinisque personis assimilari, compararique valeat, iuxta illud Prophetæ psal. suo 82. & 88. Deus quis similis tibi? quod & Exodi quoque cap. 15. legitur. Neque aliquod est exemplum, temeritas enim magis est, Ambrosius dixit, quàm diuinarum cognitio, nec minus conuenit diuina huiusmodi rationibus scrutari; nimis namque curiose diuina hæc scrutando a gloria facile opprimimur. Sola enim reuelatio est, & sacrarum scripturarum auctoritas & figuræ, vt in summa Theologiæ legitur, atque etiam miracula, vt etiam ipse docui, quæ & diuinam generationem, diuinasque personas, mysterium & arcanum nobis ostendunt, quod ad fidem satis est, & maior credentium beatitudo; Beatus enim ille est, cui caro & sanguis non reuelauit, sed spiritus Dei, vt in Matth. cap. 16. legitur; nec vlterius perquirere debemus, sed cum Ambrosio magis dicere fas est: Nullum esse exemplum, quo humana comparatio rebus diuinis præstare possit. Quòd si exempla & similitudines diuinam ipsam generationem, mysteriumq; & arcanum nobis aperirent, (cum omnia penè creata ad similitudinem hodie diuinæ generationis, diuinarumque personarum, mysterijque illarum & arcani deducantur) non amplius reuelatione ipsa opus esset; Et frustra Dominus in Matth. cap. 11. dixisset, quòd nemo nouit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, & cui voluerit Filius reuelare: Nec mysterium amplius & arcanum diceretur, neque vera fides esset, quoniam ratio humana, similitudines exempla, comparationesque, & coniecturæ præstarent experimentum, vt Augustinus in sua 3. epistola, & Gregorius in suis homilijs super Ioan. cap. 2. & Papa in præallegato cap. in domo iuncta glos. itidem in verbo, deuitare, dixerunt. Sed res certissima, & omnibus notissima videretur, carens omni penitus fide; vera enim, vt inquiunt ipsi, fides est credere quod proprijs oculis etiam mentis non videmus. Et cum exempla similitudines, & coniecturæ in medium adducuntur impietas magis est, quàm

Nulla creatura Deo diuinisq; personis assimilari compararique potest.

Non cõuenit diuina rõnibus scrutari ne a gloria facile opprimamur; nã temeritas magis est.

Maior credentiũ beatitudo est in reuelatione.

Omnia pene creata hodie ad similitudinem diuinæ generationis, mysterij & arcani deducuntur.

Non esset fides si rõ humana pstaret cognitionem.

Vera fides ẽ credere quod proprijs oculis non videmus.

Impietas magis e exẽpla adducere et cõiectu ras de sanctiss. Trinit. mysterioq; tl luis et arcano.

fides, cum contra potius ac magis facere videantur quàm pro, vt beatus Vincentius in suo sermone qui est de Trinitate testatum reliquit; Nec tanta siquidem similitudo afferri potest quin maior dissimilitudo reperiatur, periculosè enim similitudines, exẽpla, coniecturæ valde sunt & rationes, quæ si bene considerentur, vt non credamus suadent magis, cum præsertim magnum illud diuinæ essentiæ vnitatis mysterium trium diuinarum personarum a se inuicem distinctarum consideramus, cuius diuinitas, & indistincta vnitas facit illas tres diuinas personas, vnum & idem in essentia tamen esse, quod in creaturis considerare nedum arduum, sed & perdifficile est & impossibile, cum hoc sola ipsa diuina essentia faciat, & proprium præcipuumque diuinarum sit personarum; quod & dominus quidem Iesus manifeste demonstrat, quando in Matth. cap. 12. locutus dixit, Ego & Pater vnum sumus, ad diuinas personas vnitatem essentię simul cum diuinarum personarum distinctione referendo, non autem ad creaturas. Quod enim dictum est de Patre, & Filio, illud quoque dicendum censeo & de Spiritu sancto, qui propter naturæ diuinę vnitatem vnus est cum Patre, & Filio, qui totus est in Patre, & Filio, quemadmodum & totus est Filius in Patre, & Spiritu sancto, & totus quoque in verbo Pater, & Spiritus sanctus: vnde prouenit illudque fit, quòd qui videt Patrem, videt & Filium, & Spiritum sanctum, & qui videt Filium, videt & Patrem, & Spiritum sanctum, & qui videt Spiritum sanctum, videt similiter & Patrem, & Filium simul, propter singularem ipsarum diuinarum personarum Deitatem, & essentiæ vnitatem; quare Ioan. in sua epistola Canonica; Tres (inquit) sunt qui testimonium dant in cælo Pater, verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt, vna essentia, & vna diuinitas, non autem vt creaturæ, quæ cum inter se distinctæ sint, non vnum & idem sunt, sed plures, & diuersæ: etsi aliquando dicatur quòd vna sit duorum, vel pluriũ voluntas, quorũ non vna propriè, sed plures & diuersæ sunt, & distinctæ illorũ volũtates, ad vnũ verò finem tendentes, impropriè enim duorũ vel plurium voluntates vnum dicũtur & vna voluntas. Non itaque duæ res creatæ donec distinctæ sunt, vnum & idem dici possunt, sed duæ semper, & distinctæ. Videmus

Vnitatẽ in creaturis cõsiderare per difficile ẽ & impossibile.

Triũ vnitas propria est diuinarũ personarum.

Qui videt Patrẽ videt & Filiũ & Spũm sãctũ & qui videt Filiũ videt & Patrẽ & Spũm sãctũ & qui videt Spũm sãctũ videt similiter & Patrẽ & Filiũ simul.

Duorum uel pluriũ volũtas quomodo

mus etenim ceram quæ cum in partes aliquando diſtincta ſit, ſi tamen partes illæ ſimul & in vnum iunguntur & copulantur, vnũ & idem quoque in eſſentia ſunt, abſque aliqua tamen partium diſtinctione: ad differentiam verò diuinarum perſonarum, quæ etſi vnum, & idem in eſſentia ſint, ſunt verò inter ſe diſtinctæ, quamuis illarum eſſentia vna ſemper atque indiſtincta remaneat. Ex quo etiam fieri videtur, vt vna eademque ipſarum potentia ſit vna eademque ſapientia, & bonitas, etſi potentia Patris eſſe dicatur, & ſapientia Filij, ac bonitas Spiritus ſancti per appropriationem ſcilicet & attributionem, cum tantum propriè ſit vna diuinarum perſonarum, quantum & altera, & tantum vna quantum duæ, & tantum duæ quantum vna, & tres, quarum eadem quoque voluntas eſt, non ad eumdem ſolum finem, ſed vna propriè atque eadem ipſarum voluntas, quæ in creaturis non vna, neque eadem eſt, ſed tot eſſe videntur, quot diſtinctæ ſegregatæq; reperiuntur creaturæ. Videmus etiam multa membra in vno eodemq; corpore, quæ tamen cum diſtincta ſint non eumdem actum habent, vt Paulus 2. Corinth. dixit: Impoſſibile enim eſt creaturas diuinis perſonis aſſimilare; tum quia ratio illas non capit, & ſine rationis cognitione aſſimilare vanitas, temeritaſq; eſt; tum etiã quia verè & plenè creaturas ſummo Deo creatori aſſimilare, comparareq; minime conuenit, ſolus quidẽ homo ad Dei ſimilitudinem & imaginem factus eſt, vt Geneſ. in princ. dicitur. Non itaque tanta poteſt afferri ſimilitudo, quin maior reperiatur diſſimilitudo; quapropter ſimilitudines & exẽpla cum afferuntur, videndũ eſt ne magis noceant, quàm diuina hæc aperiant. Noſcere enim quòd Pater eſt, & quòd Filius a Patre ſolo genitus eſt Propheta pſal. 2. dicente: Ego hodie genui te; & quòd Spiritus ſanctus ab vtroque procedit iuxta illud qui a Patre procedit ille teſtimonium perhibebit de me, ſatis eſt, cum diuino ore hæc omnia Dominus reuelauerit. Quomodo autem Filius a Patre genitus ſit, & quomodo Spiritus ſanctus ab vtroque procedat, exempla, ſimilitudines, coniecturæ, & rationes non declarant, nec ratio ipſa quæ auriga eſt, & omnium cognitionum magiſtra demonſtrat, Ambroſio dicente, impoſſibile eſſe diuinæ generationis ſcire ſecretum, licet enim ſcire, dixit

Cera cũ in partes diuiſa ſit ſi poſtea ſimul il lę partes iũgunt vnũ & idem ſunt in eſſentia abſque aliqua diſtinctione.

Vna eadẽq; potẽtia vna bonitas & vna ſapientia Patris et Filij & Spiritus ſancti.

Aſſimilare ſine rationis cognitione vanitas eſt.

Minime cõuenit creaturas Deo creatori cõparare.

Dñus Ieſus diuino ore diuina reuelauit myſteria ſãctiſ. Trin.

Rõ auriga et magiſtra omnium cognitionum.

Licet scire ꝙ Pater est æternus & ꝙ Filius a Pr̃e solo genitus est et ꝙ Sp̃us sanctus ab vtroq; procedit.

dixit idem, quòd Pater est æternus, & quòd Filius a Patre solo genitus est, & quod Spiritus sanctus ab vtroque procedit, vt Dominus Iesus sua iam diuina reuelatione monstrauit, non autem quomodo; nec scire conuenit qua ratione vnum, & idem sunt Pater & Filius, & Spiritus sanctus in essentia, quod est illud magnum mysterium & arcanum, quod sibi Dominus reseruauit: Itaque nos dicere cum Ambrosio licebit, quòd scrutari pluralitatem personarum in vnitate essentiæ, & vnitatem essentiæ in pluralitate personarum temeritas est, cum superna hæc mysteria sint, quæ scrutari non licet dixit Magister sententiarum c.9.

Dñs hoc magnum mysteriũ & illius consideratio nem sibi reseruauit.

Dicunt Theologi, vt in summa Theologiæ cap.10. legitur, quòd hæc sanctissima Trinitas tribus modis nobis innotescit: patet enim (vt in ipsa legitur) in figuris, & creaturis, & vt etiam ego addidi & in miraculis, sed quicquid sit, ne quod antea dixi denuo repetam, nunc non recenseo; satis superque erit scire quòd omnes illi modi etiam per auditum verbi Dei, & per visum sacrarum scripturarum (vt faciunt Theologi) reuelationum sunt; preter illud tamen quod in creaturis vere cognoscatur, cum hoc ab omni prorsus ratione alienum esse antea demonstrauerim.

Sanctiss. Trinitas tribus modis nobis innotescit.

Modi cognoscẽdi sanctissimam Trinitatẽ reuelationũ sunt

Distât enim multũ similitudines & exempla, quæ de rebus creatis fiunt, a diuina ipsa generatione, & a diuinis personis ipsarũq; mysterio & arcano; etsi vestigium Trinitatis certo quodam modo in vnaquaque creatura esse dicatur, quod in creaturis multiplex esse potest, secundum tamen quòd vnum aliquid est, & secundum quòd quendam ordinem tenent, vt August. in libro qui est de Trinitate scripsit, per creaturas, & similitudines ipsarum certo quodam modo consideratur diuina Trinitas, & mysterium ipsius, & ad aliqnam ipsius cognitionem deuenitur, non autem quid ipsa propriè sit cognoscitur, sic neque mysterium illius & arcanum; fieri namque aliquando huiusmodi coniecturæ, similitudines, comparationes & exempla solent de rebus creatis ad eruditionem, & simplicium institutionem seu instructionem, vt Abbas in hac rubrica cap.1. dixit, tamquam prima elementa, vt animus noster ex his quæ nouit surgat ad incognita, quæ non nouit, vt Gregorij est sententia in sua homilia super Matth. c.1. & ita quasi mentis ratiocinatione quæ suo ipsius propria est asse-

Distât similitudines & exẽpla quæ de reb⁹ creatis fiunt a diuinis ꝑsonis ipsarũq; mysterio & arcano.

Similitudines de rebus creatis fiunt aliquãdo ad eruditionem tamquã prima elemẽta

quendo

quendo, non propter quid, sed propter quandam certam æquiparationem quodammodo sanctissima Trinitas demonstratur, ipsiusque mysterium simul & arcanum, surgendo ab elementis ad cælum, & a corruptibilibus ad incorruptibilia. Est etiã Deus ipse verus & perfectus finis omnium, alij verò ita appellantur similitudine quadam; veritas tamen est, quòd generatio, & ipsæ diuinæ personæ, atque mysterium & arcanum ipsarum, reuelatione nobis diuinitus facta cognoscuntur, quæ tamen cognitio non est eadem, nec tanta quanta Patris & Filij & Spiritus sancti, quam tamen postea fide penetramus, nisi enim, iuxta illud Isaiæ cap. 17. credideritis non intelligetis.

Deus est omnium finis.

Cognitio reuelationis nobis facta nõ est eadẽ nec tãta quãta Patris et Filij & Spiritus sancti.

F I N I S.



R E G E S T V M.

† a A B C D E F G H I K L M N.

Omnes sunt quaterniones.





R O M A E,

Ex Typographia Sanctij, & Sociorum.

M D L X X X V I I I.

Recognitio nonnullorum locorum.

Pag. 1. *uerſ.* 18 *poſt illud verbum*, præcipuam eius partem, *adde*, magis.
7. *verſ.* 8. *lege*, generalia, *& in verſ.* 20. *lege*, quantamq;.
3. *verſ.* 6. *poſt verbum*, firmiori, *adde*, etiam.
5. *verſ.* 29. *poſt verbum*, eſt omnium, *adde verbum*, maxime.
8. *verſ.* 22. *dicas*, in c. olim. *& in verſ.* 25. *poſt verbum*, tranſubſtantiationem, *adde*, liceat hoc uti vocabulo, ſeu conuerſionem quæ idem ſunt.
10. *verſ.* 5. *dicas*, de qua, *& in eo. verſ. dicas*, nam in ea.
15. *verſ.* 1. *tolle verbũ illud*, dixit, *& in eadẽ pag. verſ.* 17 *quando dicit*, non enim eſt pater niſi ſit filius, *immediate adde*, neque filius eſt niſi ſit pater.
16. *verſ.* 23 *quando dicit* in eo. c. 1. *tolle illud*, 1.
17. *verſ.* 34. *quando dicit*, vt ſcilicet ſint tres diuerſæ, *adde immediate*, & diuerſam habeant ſubſtantiam.
26. *verſ.* 26 *poſt verbum*, eſſe videmus, *adde immediate*, in quibus idẽ ſunt diuinæ perſonæ cum diuina eſſentia.
27. *verſ.* 9. creatura eſt, *dicit*.
27. *verſ.* 33. exiſtimauerunt.
32. *verſ.* 29. verbi.
49. *verſ.* 6. vt ad perfectam.
71. *verſ.* 26. gehenna &, *tolle*, &.
89. *verſ.* 32. ſaltim.

